

COMMENTARIOLA**DOCUMENTACIÓN RELATIVA A LA ANTIGUA
PROVINCIA CARMELITANA DE CASTILLA (1416-1836)*****PRESENTACIÓN**

Como ya tengo dicho y explicado en otro lugar¹ la Provincia carmelita de Castilla ha tenido mala suerte en la conservación de la documentación necesaria para el conocimiento de su historia, al haberse perdido o al no haber sido localizados hasta ahora los *libros de Actas de sus Capítulos Provinciales*. Pérdida tanto más de lamentar cuanto que es también excesivamente escasa la documentación relativa a los diversos conventos que la componían y que actualmente se conserva fundamentalmente en el Archivo Histórico de Madrid, así como la que proviene de otras fuentes.

La pérdida de esta documentación, como decía allí también, hace extremadamente difícil la tarea de trazar, aunque sólo sea en sus líneas generales, la historia de la misma Provincia de Castilla, que nacida, en cuanto tal, en 1416, desaparecería como consecuencia de la ley de exclaustración, decretada por el gobierno de la nación en la tercera década del siglo XIX. Y ésta fue la razón que me movió a recoger con la mayor solicitud posible la escasa documentación relativa a la misma que ha podido salvarse.

El arduo trabajo mereció, sin dud, la pena, pues los frutos cosechados superaron las más halagueñas esperanzas, si se tiene en cuenta que hasta ahora no existía nada en este sentido, mientras que en ade-

* Questa «documentazione» fa parte di un'ampia ricerca d'archivio condotta da Pablo Garrido, che anche in Spagna, dopo i molti anni trascorsi nell' *Institutum Carmelitanum* di Roma, continua a profondere instancabilmente le sue energie intellettuali e spirituali per mettere in luce le ricchezze storiche del Carmelo spagnolo (*nota dell'Editore*).

¹ *El solar carmelitano de San Juan de la Cruz. *La antigua provincia de Castilla (1416-1836)*, Biblioteca de Autores Cristianos, Madrid 1996-2000, pp. 5-13.

lante podremos disponer de una documentación, si no abundante, sí significativa, no sólo de los tiempos modernos, sino también de los medievales anteriores al Concilio de Trento, que viene a colmar de algún modo la mencionada pérdida de las Actas de los Capítulos Provinciales, de cuyas vicisitudes me había ocupado igualmente en otro trabajo².

La documentación que aquí ofrezco no es, desde luego, exhaustiva, pues podrían aducirse otros muchos documentos de interés, relativos, sobre todo, a la vida de los conventos de la Provincia, pero he dirigido mi atención primordialmente a los de carácter más general que pudieran reflejar mejor el desenvolvimiento de la misma Provincia a lo largo de los primeros cuatro siglos de su existencia como tal.

Aunque los documentos aquí recogidos son en su mayor parte manuscritos, no faltan los que ya habían sido publicados. Y he creído, por lo mismo, útil anteponer al texto de los mismos el catálogo de autores que los han publicado con el título de sus obras respectivas, o el título completo de las obras anónimas en las que aparecen y que, a veces, si no siempre, se citarán abreviadamente con la sigla que se indica delante de los mismos.

En cuanto a la transcripción de los documentos, conservo la ortografía original de los redactados en castellano, pero adapto al uso comúnmente admitido la de los latinos, que se presenta, como es sabido, muy arbitraria, al igual que la castellana, a lo largo de los siglos XVII-XIX.

Dedico este trabajo, que he realizado con amor, a mis hermanos de hábito y Provincia, con la esperanza de que alguno de ellos pueda y quiera animarse a completarlo para poner así la base necesaria que permita escribir la historia auténtica y definitiva de la misma, de la que he intentado ofrecer un primer esbozo en mi citada obra *El solar carmelitano de San Juan de la Cruz*, que, en tres tomos ha visto la luz pública en la Biblioteca de autores cristianos (Madrid, 1996-2000), costeada en su mayor parte por la actual Provincia de Castilla, en colaboración con la Fundación carmelitana «The Louis Herman and Susan Hamilton Rogge» (Darien, Illinois, USA), a las que es justo expresar aquí de nuevo mi más sincero agradecimiento.

² *Capítulos de la provincia de Castilla de 1567 a 1672*, en «Carmelus», 27 (1989), pp. 130-148.

DOCUMENTOS DEL ÚLTIMO PERÍODO
(1760-1815)

* * *

Decretos dados por el Definitorio del Capítulo Provincial
celebrado en Ávila en 1760

Madrid, A.H.N., Clero, leg. 7209. Copia simple, sin formalidad alguna, sacada, al parecer, de las actas originales del Capítulo, que no se han conservado. No tenemos en cuenta la ortografía anárquica del documento.

Decreta seu statuta emanata a R. Admodum Diffinitorio Capituli Provincialis Carmelitarum, celebrati Abulae sub diebus vigesima sexta et sequentibus mensis Aprilis, anni Domini millesimi septingentessimi sexagesimi.

Primo, statutum et decretum fuit omnes religiosos posse per octo dies exercitia spiritualia facere, absque contradictione ulla praelatorum.

Secundo, quod praelati religiosos existentes extra conventum vocent ad talia exercitia per omnes annos.

Tertio, quod religiosi edentes carnes propter infirmitatem seu necessitatem obligentur ad servandam formam ieiunii omnibus diebus, tam de praeecepto quam de Regula, ita tamen quod nulli detur nisi refectiuncula per noctem, nisi adsit causa necessitatis et debilitatis, vel quod dabatur nocte, detur meridie.

Quarto, quod omnibus diebus mane et vespere habeatur oratio mentalis in omnibus conventibus, et ad hoc teneantur omnes omnes assistere, sine aliqua exceptione.

Quinto, quod in omnibus conventibus habeatur capitulum culparum per omnes menses, in die a priore designato, iuxta praescriptum nostrarum Constitutionum.

Sexto, quod horae matutinae possint in conventibus recitari vespera antecedenti, hora competenti, iuxta prudentiam prioris.

Septimo, quod religiosi, qui sunt extra conventibus sine iustissima causa, ad illos advocentur sine aliqua mora et, si opus fuerit, compellantur omni rigore.

Octavo, etiam decrevit quod nullus servus alicuius religiosi pernoctet in nostris conventibus, exceptis illis qui inserviunt communitatibus et graduatis universitatum Salmanticensis et Vallisoletanae.

Quae omnia concordant suo originali in Magistrali Provinciae, fol. 327, exarata, et confirmata fuerunt a N. Rmo. P. M. Generali, de quibus ego, infra scriptus secretarius, fidem facio, in conventu Matritensi, die 27 Iunii anni Domini 1760.- Fr. Andreas de Cuevas, socius et secretarius.- Et ego, infra scriptus secretarius, fateor haec statuta et decreta lecta et patefacta fuisse com-

munitati: quibus auditis, et ab omnibus obtemperatis, nemo in contrarium reclamavit. In quorum fidem signo in hoc conventu Toletano, die 1 Julii anni Domini 1760.

* * *

Breve de Clemente XIII en favor del P. Bernardo Zamora,
concediéndole el Lectorado en Teología

Roma, 22 marzo 1763

Ed. en *Bullarium Carmelitanum* [BC] (ed. ELISEO MONSIGNANI - JOSÉ ALBERTO XIMÉNEZ, O.CARM, 4 v., Roma 1715-1768), IV, 459-461, "ex archivo Ordinis". En cuanto al p. Bernardo Zamora, que conseguiría al año siguiente la cátedra de lengua griega en la Universidad de Salamanca, cf BALBINO VELASCO BAYÓN, O.Carm., *Historia del Carmelo Español* [HCE], 3 v., Roma 1990-1994, III, pp. 150-151.

CLEMENS PAPA XIII

Dilecte fili, salutem et benedictionem apostolicam.

Religionis zelus, litterarum scientia ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Bernardus Zamora, frater expresse professus Provinciae Castellae Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, apud Nos fide digno commendatur testimonio, Nos inducunt ut eum specialibus favoribus et gratiis prosequamur.

Cum itaque, sicut dictus Bernardus Nobis nuper exponi fecit, ipse (ut asserit), postquam per tres annos philosophiae operam dederat et per aliud triennium inter collegiales theologos manserat, ascenderit ad secundum theologiae collegium, ex quo assumuntur lectores, in eo autem per quinquenium continuaverit, quo durante, de mandato tunc existentis Prioris Provincialis dictae Provinciae, publicas theses semel quidem in publica et approbata studiorum generalium Salmantina Universitate, secundo vero in conventu Vallisoletano eiusdem Ordinis sustinuerit; sed quia post undecim studiorum continuatos annos non eligebatur ad habendas quatuor alias publicas disputationes, sine quibus cathedrae Provinciae praefatae ascendi nequeunt, a scholastico diverterit curriculo ac strenue incubuerit studio Sacrae Scripturae, munusque praedicatoris maioris in eodem Vallisoletano conventu admiserit, quod a quadriennio et ultra exercuerit, utque consumatus in hoc novo exercitio et ad sacras paginas intelligendas promptior ac peritior evaderit, hebraicam graecamque linguas callere et latinam eloquentiam, non omissis italico et gallico idiomate, colere serio curaverit, inde ad fructum aliquem ex

hiscé studiis tandem percipiendum deliberaverit inter caeteros in casibus vacationum concurrere ad cathedras graecae et hebraicae linguarum, quae in Universitate Salmantina praefata ad normam constitutionis Clementinae nuncupatae de magistris erectae reperiuntur, ad quem finem a Te licentiam in eadem Universitate baccalaureatus in sacra theologia gradum recipiendi, quem reipsa recepit, et a dilecto filio moderno Priori Provinciali Provinciae huiusmodi translationem ad conventum Salmantinum ipsius Ordinis, retento eodem praedicatoris maioris exercitio, respective obtinuerit.

Maiori autem, tum proprio, tum Ordinis praedicti decore, ut sistere valeat in conventibus ad dictas linguarum cathedras, nedum gradu theologiae doctoris in eadem Universitate, quem dictarum cathedrarum leges intra certum tempus exigunt, verum insimul titulo lectoris sacrae theologiae, saltem supra numerum, a dicto Ordine prius insigniri deceret, cum revera nullum hactenus adsit exemplum quod ad dictae Universitatis cathedras regularis quispiam concurrerit, qui prius a sui Ordinis superioribus lectoris titulo qualificatus non extiterit; huiusmodi vero lectoris titulo obtinendo, tria ipsi Bernardo obstant memoratae Provinciae statuta: primum, quod nullus in lectorem eligatur, nisi sex publicas theologiae disputationes habuerit, quarum duae vel in aliquo Castellae Novae conventu, vel in capitulo provinciali sustineantur; secundo, quod in lectorem non eligatur, qui scholasticum studiorum curriculum deseruerit; tertio denique, quod personales gratiae a Priore Generali pro tempore existente Ordinis praedictae faciendae, nemini eiusdem Provinciae suffragentur, nisi a Provinciae praedictae definitorio postulentur.

Cupit propterea dictus Bernardus intuitu religiosorum laborum suorum, cum adeo intensa sacrarum paginarum et litterarum studia ab ipso excolta, quae non parum tendunt ad catholicae fidei utilitatem, scholasticis disputationibus sibi deficientibus ad obtinendum titulum lectoris sacrae theologiae aequipollere posse videantur, additis praesertim undecim annorum studiis et quadriennali praedicatione, lectoris saltem supranumerarii sacrae theologiae titulo a Nobis decorari, sin minus necessarias et opportunas facultates tibi per Nos concedi et tribui, per quas tu illum in lectorem instituere possis, perinde ac si cunctis quae a generalibus et municipalibus Ordinis et Provinciae huiusmodi legibus requiruntur qualitatibus polleret, simulque illi licentiam imperpetuis ut reliquos duos gradus licentiati et doctoris in sacra theologia in dicta Universitate Salmantina recipere valeat.

Nobis propterea dictus Bernardus supplicari fecit ut sibi, qui non alio fine hunc lectoris titulum postulat quam ad decentius concurrendum ad dictas cathedras et gradum in dicta Universitate assequendum, ex quibus Ordini et Provinciae praefatae ornamentum augetur, cum duos tantummodo dicta Provincia numeret in eadem Universitate graduatos ob inmodicas ad id requisitas expensas, quibus sumministrandis non semel Provincia ipsa impar reperitur, pro ipso Bernardo absque ullo ipsius Provinciae dispendio eas integre sui suppeditabunt propinqui, in praemissis opportune providere et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Nos igitur ipsum Bernardum specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium propositorum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remissimus, qui relationem tuam super praemissis eisdem Cardinalibus factam attenderunt, consilio, eundem Bernardum, licet ipse nec sex publicas theologiae disputationes habeat seu sustinuerit, ut praefertur, iuxta praescriptum per statuta dictae Provinciae, ac scholasticum studiorum curriculum deseruerit, minusque definitorium provinciale Provinciae Castellae huiusmodi quamcumque gratiam ad dicti Bernardi favorem postulaverit, et ipse aliis necessariis sive a generalibus sive a municipalibus Ordinis et Provinciae huiusmodi legibus requisitis qualitatibus destitutus sit, nihilominus, praemissis non obstantibus, in lectorem sacrae theologiae, auctoritate apostolica, tenore praesentium, eligimus et deputamus, eique, ut ad reliquos licenciati et magisterii in scara theologia gradus in dicta publica Salmantina Universitate se promoveri facere illosque suscipere libere et licite possit ac valeat, auctoritate et tenore praefatis concedimus et indulgemus. Tibique per praesentes, auctoritate et tenore praefatis, committimus et mandamus ut praesentes nostras litteras debita executioni demandes, et in virtute sanctae obedientiae ac sub indignationis nostrae aliisque arbitrio nostro imponendis poenis, ab omnibus et singulis memoratae Provinciae superioribus, fratribus et personis, caeterisque, ad quos spectat et spectabit in futurum, exequi praecipias, cures et facias, et ut dictum Bernardum praesentis gratiae commodo et effectum pacifice frui et gaudere sinant et faciant, nec illum desuper a quoquam, quavis auctoritate, quomodolibet indebite molestari, perturbari vel inquietari permittant.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac Provinciae [*in textu* provinciis] et Ordinis praedictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis, illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 22 Martii 1763, pontificatus nostri anno quinto.- N. Card. Antonellus.

Breve de Clemente XIII por el que concedía
al convento de Toledo la facultad de otorgar el doctorado
en Teología a los religiosos de la Provincia

Roma, 17 diciembre 1765

Ed. en *BC*, IV, 485-486, "ex originali copia in arch. Ordinis". Sobre el solicitante, fray Bernardo Regidor, catedrático de la Universidad de Toledo, que asistiría, de hecho, como socio y secretario por las Provincias de España al Capítulo General de 1768, en el que cesó en ese cargo, cf. *Acta capitulorum generalium Ordinis fratrum B. V. de Monte Carmelo* [ACG], ed. GABRIEL WESSELS, O.CARM., 2 v., ROMA 1912-1934, II, pp. 418-421, e *HCE*, III, p. 163.

Dilecto filio Mariano Ventimiglia, Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Antiquae Observantiae Priori Generali.

CLEMENS PAPA XIII

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Bernardus Regidor, sacerdos expresse professus et socius ac secretarius generalis Hispaniarum Ordinis Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo Antiquae Observantiae, quod iuxta Constitutiones dicti Ordinis apostolica auctoritate confirmatas, ii qui gradum magisterii in eodem Ordine obtinent, doctoralem lauream in aliqua universitate approbata assumere teneantur. Verum, quia laureae huius doctoralis assumptio non leves secum ferebat impensas, hinc fel. record. Urbanus Papa VIII, praedecessor noster, per alias suas in simili forma brevis die 26 Augusti 1634 expeditas litteras, Collegio Salmanticensi concessit et indulsit ut lauream doctoralem huiusmodi dictum Collegium conferre posset fratribus eiusdem Ordinis tam Hispaniarum quam Portugalliae, et prout in dictis Urbani praedecessoris [nostri] litteris uberius dicitur contineri. Aliae postmodum Ordinis et regnorum praedictorum provinciae ad vitandas itidem maiores impensas huiusmodi facultatem ad eorum respective collegia extendi ab Apostolica hac Sancta Sede (ut asseritur) obtinuerunt; prae caeteris vero Provincia Cataloniae dicti Ordinis, propterea quia longe distat a praefato collegio Salmanticensi, ex decreto edito a Congregatione venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, die 5 Februarii 1740, praedictam facultatem sibi concedi (ut pariter asseritur) obtinuit.

Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, in Provincia utriusque Castellae Ordinis praedicti magistri, qui lauream doctoralem in eodem collegio Salmanticensi assumere tenentur, non levem propter illius distantiam

sentiant incommodum, gravesque praeterea subeunt impensas, ad haec omnia evertenda idem Bernardus exponens quemadmodum in aliis quoque provinciis eiusdem Ordinis duo, ac etiam in illa Aragoniae tres conventus, ut asserit, designati reperiuntur pro conferenda huiusmodi laurea doctorali fratribus dicti Ordinis, ita in Provincia utriusque Castellae, praeter collegium Salmanticense, facultatem hanc concedendi lauream doctoralem fratribus et magistris eiusdem Ordinis collegio quoque Toletano per Nos indulgeri plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur eundem Bernardum specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine, quavis occasione vel cusa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, audita relatione venerabilis fratris Iosephi archiepiscopi Petren., Congregationis venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae secretarii, discretioni tuae per praesentes committimus et mandamus ut, veris existentibus narratis, petitam facultatem concedendi lauream doctoralem fratribus et magistris dicti Ordinis ab illius Constitutionibus requisitam praefato collegio et conventui, tenore praesentium, concedas et indulgeas.

Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et illis, ad quos spectat et pro tempore spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, et Sedis Apostolicae Nuntios iudicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingerit attentari.

Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis et, quatenus opus sit, Ordinis et Provinciae praefatorum, aliisque quibusvis etiam iuramento, confirmatione apostolica vel alia quavis firmitate roboratis stututis et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis et innovatis; quibus omnibus et singulis, illorum tenores pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 17 Decembris 1765, pontificatus nostri anno octavo.- N. Card. Antonellus.

Patentes del General de la Orden, Mariano Ventimiglia,
por las que ponía en ejecución el Breve de Clemente XIII
en favor del convento-colegio de Toledo

Roma, 5 enero 1766

Ed. en *BC*, IV, pp. 487-488, "ex sumpto asservato Romae in Ordinis archivo". Se trataba, al parecer, de una copia simple de las patentes del General, que se conserva aún en Arch. Gen. O.Carm., II C.O. 50.

Nos, Fr. Marianus Ventimiglia, etc.

Cum Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster Dominus Clemens divina providentia Papa XIII, sibi referente Illustrissimo et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Petren., Sacrae Congregationis super negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae secretario, quaesitis prius et in scriptis acceptis a R. A. P. M. et Doctore Josepho Alberto Ximénez, moderno Procuratore Generali nostri Ordinis, informatione et voto super precibus, quas humillime Sanctitati Suae porrexerat modernus socius et secretarius noster generalis pro nostris Hispaniarum provinciis R. A. P. M. itidem et Doctor Bernardus Regidor, Provinciae nostrae utriusque Castellae sacerdos professus, vigore litterarum suarum apostolicarum in forma brevis incipientium: Exponi Nobis nuper fecit, etc. sub annulo Piscatoris et sub datum Romae, apud S. Mariam Maiorem, die 17 mox elapsi mensis Decembris 1765, pontificatus sui anno octavo, derogans pro hac vice tantum quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, Ordinis nostri et provinciarum nostrarum Hispaniae quoad conferendam et suscipiendam lauream doctoralem in collegio nostro Salmanticensi, dedignatus non fuerit consulere incommodis et impensis, quas ob magnam inter Provinciam utriusque Castellae et praefatum collegium distantiam subeunt professores Provinciae huiusmodi pro suscipienda laurea doctoratus; cumque idem Sanctissimus Pater, praefatis litteris suis quam benigne dignatus fuerit nostro arbitrio et conscientiae committere ut, si vera essent Sanctitati Suae exposita, quaeque in eisdem litteris sunt relata, auctoritate apostolica concedere valeremus collegio nostro Toletano facultatem conferendi de caetero lauream doctoralem magistris professis saepe laudatae Provinciae utriusque Castellae, hinc nos, de veritate expositorum Sanctitati suae certiores in Domino facti, praefata auctoritate apostolica uti volentes, prout tenore praesentium utimur, praefato collegio et conventui Toletano facultatem facimus licite ac valide conferendi ab hinc pro futuris perpetuis temporibus (ad instar caeterorum collegiorum nostrorum pro eodem fine a Sancta Sede in Hispania designatorum) lauream doctoralem cum omnibus et singulis iuribus, privilegiis ac honoribus, fratribus Provinciae nostrae utriusque Castellae sacerdotibus expresse professis qui, iuxta Ordinis et eiusdem Provinciae statuta, studiorum cursus expleverint et magisterii gradum adepti fuerint.

Decernentes eadem apostolica auctoritate praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et illis, ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari; inhibentesque omnibus et singulis Ordinis nostri professoribus sub poena in transgredientes apostolicas constitutiones comminatis, ne in praemissis, sub quovis praetextu aut quaesito colore, refragari audeant vel praesumant.

In quorum fidem, etc.

Datum Romae, in conventu nostro S. Mariae Transpontinae, die 5 mensis Ianuarii, anno Domini 1766.

* * *

Confirmación de las actas del Capítulo Provincial de Ávila de 1766
y decretos del General de la Orden, Mariano Ventimiglia,
publicados y aceptados en el mismo

Roma, 28 mayo 1766

Madrid, A.H.N., Clero, libro 474: *Magistral del convento de Ávila desde 1760* ff. 43v-45v. Desconocemos las actas de este Capítulo en el que fue elegido Provincial el M. fray Pedro Fernández, y que debió de presidir el M. fray Alonso Mira, quien, de hecho, había sido nombrado para este fin por el General Ventimiglia (Roma, Arch. Gen. O.Carm., II C.O. 1 [52]: *Reg. Hispaniae 1728-1788*, f, 114v). Éste, en cumplimiento del decreto dado por la Congregación de Obispos y Regulares el 19 de febrero del mismo año, le había enviado, al parecer, algunos decretos que debía aceptar el Capítulo para poner remedio a ciertos abusos que habían sido denunciados a la misma Congregación, y que, junto con las actas del mismo, serían enviados a los conventos de la Provincia para su observancia.

Confirmatio capituli provincialis celebrati in nostro conventu Abulensi a die 19 Aprilis labentis anni 1766 et sequentibus, quae quidem confirmatio sic se habet:

Nos, Fr. Marianus Ventimiglia, sacrae theologiae Magister et Doctor, humilis Prior Generalis, necnon Commissarius Apostolicus ac Visitator Generalis totius Ordinis Beatissimae semperque Virginis Dei Genitricis Mariae de Monte Carmelo Antiquae Observantiae Regularis.

Visis ac mature discussis ab Ordinis Consilio actis capituli provincialis Provinciae nostrae utriusque Castellae, dominica tertia post Pascha nuper elapsam celebrati, cum in eius electionibus nihil appareat iuri canonico et

nostris Constitutionibus absonum, auctoritate nostra, tenore praesentium, omnes praedictas electiones approbamus et confirmamus, sicut et singula decreta pro conservanda disciplina regulari et recto regimine Provinciae in eo facta; praecipientes R. Adm. P. M. Provinciali quod praefatorum decretorum exemplaria ad singulos Provinciae conventus transmittat, ut in eisdem publicentur et omnimode observentur sub poena // f. 44r // privationis ab officio RR. PP. Prioribus ipso facto infligenda, si circa illorum observantiam non invigilent ac desides ullo modo inveniantur; atque approbantes omnia ali[a] iuxta nostras Constitutiones et acta reunionis, sed no aliter, in eodem capitulo disposita. Mandantes omnibus nobis inferioribus, ut praemissis pareant atque obediant sub poena rebellionis.

In quorum fidem, datum Romae, in conventu nostro Sanctae Mariae Transpontinae, die 28 Maii anni 1766.- Fr. Marianus Ventimiglia, Prior Generalis.- Fr. Bernardus Regidor, socius et secretarius generalis Hispaniae.

Decreta Sacrae Congregationis et R. A. diffinitorii

Sacra Congregatio Emm.rum et RR.rum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attentis narratis, censuit rescribendus, prout praesentis decreti vigore rescripsit: P. Praeses capituli provincialis proxime celebrandi, una cum diffinitoribus, mature omnibus perpensis circa oratorum praeces, id gerat, statuatur atque decernatur quod pro maiori Religionis bono atque observantia Constitutionum Ordinis magis // f. 44v // in Domino expedire iudicaverit. Romae, 19 Februarii 1766.

Decreta N. R.mi Generalis

1. Primo praecipimus et mandamus omnibus prioribus localibus sub poena privationis ab officio ne mittant fratres sacerdotes subditos ad missas celebrandas pro stipendio in alienis ecclesiis, sed omni studio curent ut fiat satis oneribus missarum in propriis ecclesiis, pro quibus eleemosinam receperunt, de quorum fidele et exacta adimplerione conscientias superiorum oneramus, rationem redditu-rorum in die iudicii.

2. Iuxta decreta Capituli Generalis de anno 1692,¹ inhibemus superioribus ne permittant manere fratres extra conventum in domibus saecularium sub quocumque praetextu, etiam infirmitatis, sub poena privationis vocis activae et passivae tum [in ms. tunc] permittenti tum [in ms. tunc] degenti, et interim, si qui sint fratres extra claustra degentes, indilate ad conventus revocentur, iuxta etiam ordinationes reg[is] (?) nuperime enarratas.

// f. 45r // Ordinamus ne recipiantur in posterum ad habitum nostrum iuvenes, nisi iuxta vires uniuscuiusque conventus, et tot solum quot ipsi valeant alere et sustentare, ut sic mala evitentur quae ex nimia facilitate vestiendi, experientia teste, solent provenire.

¹ Cf ACG, II, p. 236.

Insuper decrevit R. A. diffinitorium nullum deberi admitti ad habitum nostrae Religionis usque dum tres fratres existentes e vita discesserint, ita quod pro tribus decedentibus unus tantum recipiatur.

Item, decrevit deinceps nullus posse institui in praedictorem conventualem, nisi prius in theologia duos cursus compleverit, et expositus et approbatus fuerit confessarius ab Ordinario territorii conventus suae praedicationis.

Decrevit etiam quod iuvenes in nostro collegio Complutensi theologiae vacantes, nullo modo ab ipso collegio recedant usque dum tres annos seu cursus in praedicta facultate compleverint.

Item, decrevit quod // f. 45v // gubernium oeconomicum cum dependenti[a] clavariorum in recipiendis sit, et nullo modo priores independenter ab ipsis claviis recipiant aut expendant [in ms. spendant], iuxta nostras Constitutiones, per. 2, cap. 1º et 3º, de officio prioris localis, et iuxta acta Capituli Generalis anni [16]80, ubi ait: *Priores omnia videant et nihil tangant.*²

Quae quidem confirmatio et decreta fideliter transumpta sunt, suisque originalibus correspon dent. In quorum fidem, ego, infrascriptus secretarius, subscripsi in hoc Abulensi conventu Carmelitarum de Observantia, die 26 Septembris anni 1766.- [*Firma autógrafa.*] Fr. Emmanuel López, socius et secretarius.

* * *

Breve de Clemente XIII por el que concedía
al P. M. Fray Andres Espirido los privilegios de los exprovinciales

Roma, 5 mayo 1767

Ed. en *BC*, IV, pp. 500-501, "ex archivo Ordinis". En cuanto al p. Espirido, catedrático de la Universidad de Valladolid, cf. *HCE*, III, 170.

Dilecto filio Andreae Espirido [*in textu* Espiredo] Ordinis fratrum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo.

CLEMENS XIII

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, vita ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apus Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

² Cf. *Ibid.*, p. 172.

Cum igitur dilectus filius Bernardus Regidor, in sacra theologia magister ac modernus socius et secretarius generalis pro provinciis Hispaniae Ordinis fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo, Nobis nuper exponi fecit, ipse, habita consideratione meritorum et laborum tuorum, qui (ut idem asserit) frater expresse professus dicti Ordinis ac in sacra theologia magister existis, nec non Verbi Dei concionatoris *Historia del Carmelo español* et in publicis universitatibus lectoris functus est muneribus, praestitorum, ut tibi privilegia exprovincialium assignarentur summopere desideret, Nos, ipsius Bernardi votis hac in re quantum in Domino possumus favorabiliter annuere, teque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, supplicationibus eiusdem Bernardi nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, attentis relationibus dilecti etiam filii moderni Procuratoris Generalis eiusdem Ordinis ac venerabilis fratris Francisci archiepiscopi Patrarum, Congregationis venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositorum secretarii, tibi, ut omnibus et singulis privilegiis, praerogativis, praeminentiis, honoribus, gratiis et indultis, quibus provinciales Provinciae utriusque Castellae eiusdem Ordinis munere perfuncti, tam de iure, usu et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, pari modo uti, frui et gaudere libere et licite possis ac valeas in omnibus et per omnia, perinde ac si provincialis munere functus fuisses, auctoritate apostolica, tenore praesentium, concedimus et indulgemus.

Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis nostrae, aliisque arbitrio nostro imponendis poenis, omnibus et singulis memoratae Provinciae et Ordinis superioribus, fratribus et personis, caeterisque ad quos spectat et pro tempore spectabit, ut te praesentis gratiae commodo et effectu pacifice frui et gaudere sinant et faciant, nec te desuper a quoquam, quavis auctoritate, quomodolibet indebite molestari, perturbari vel inquietari permittant. Ac decernentes easdem praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac tibi in omnibus et per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum sacri Palatii Apostolici auditores, iudicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingerit attentari.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon dicti Ordinis et Provinciae, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alias roboratis, stututis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis, illorum tenores praesentibus pro plane et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum inser-

tis habentes, illis alias insuo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apus Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 5 Maii 1767, pontificatus nostri anni IX.- N. Card. Antonellus.

* * *

Decretos del Capítulo Provincial de Ávila de 1773

Madrid, A.H.N., Clero, libro 1350: *Libro magistral del convento de los Valles, 1694-1799*, ff. 285r-286v. Se trata de dos folios que fueron agregados al dicho libro y a los que recientemente se les ha dado la numeración indicada. No se han conservado las Actas originales del mismo Capítulo, que presidió el General de la Orden José Alberto Ximénez, y en el que fue elegido Provincial el M. fray Agustín de Torres, catedrático de Valladolid.

Decreta a Venerabili et R. Adm. Deffinitorio in proximo praeterito capitulo Abulense [*in ms.* Abilense], sessione 5, die 3 Maii labentis anni 1773. Per N. R. et Ex.mum P. fr. Joseph Albertum [*in ms.* Ex.mo... Alberto] Ximénez, totius Ordinis Generalem [*in ms.* Generalis] pro bono Provinciae condita.

Primo iussum est: in omnibus conventibus oratio mentalis habeatur hora congrua, prout praecipitur in decretis generalibus. Piores invigilent super hoc omni modo.

Secundo, quod habeantur omnimode conferentiae morales in his generalibus decretis expressae ac iuxta formam ibidem praescriptam.

Tertio, vetitum sit religiosis conventuum sitorum extra loca aut in parvis locis venari, atque hac illac cursitare cum scandalo saecularium et Ordinis detrimento, imo ipsorum conventuum.

Quarto, rigorose mandat deffinitorium quod in conventu Matritensi, qui caeterorum Castellae Novae forma et exemplar esse debet, nullimode audeant religiosi per inferiora claustra vagari, in hisque mulieres aloqui umquam et quavis occasione, sive sit descendendo ad sacrificandum, sive transeundo post processiones etiam generales nostrique sancti scapularis, sive excipiendo urbanitatis gratia quamcumque personam. Proinde prohibet omnibus religiosis descendere ultra ultimum gradum ianuae interioris conventus, in qua scilicet ianitores esse solent, ad [*in ms.* at] hoc ut, si aliqua necessitate aloquendae sint mulieres, id faciant paucis verbis et brevissimo tempore. Hinc nullatenus recipiantur ipsae mulieres in cellulam, quae est in inferioribus iisdem claustris, neque in claustris ipsis, etiamsi parentes fuerint aut alterius qualitatis. Contravenientes illico plectantur poena remotionis ab eodem conventu ad informationem R. ad. P. M. Prioris per se a[d] P. M. Provinciale

[sic]. Mandat R. mus et deffinitorium tolli penitus quemcumque abusum hucusque cum scandalo et // f. 285v // admiratione saecularium in eo genere introductaum. Hoc esse commune pro caeteris etiam conventibus, si forte in aliquo reperiantur.

Item, expresse prohibet deffinitorium introducere mulieres in sacristiam Matritensem, in aliamque [in ms. aliasque] mulieres ad bibendum potionem inditam, sub poena ut supra. Item, vult removeri mensas quascumque conventus Matritensis pro vendendis imaginibus, scapulariis, librisque, aut saltem, si id non poterit, non detineri in eisdem mensis religiosos nec per temporis punctum, sed administrari praefata aut per religiosum provectoris aetatis, aut per personam saecularem addictam conventui.

Desiderat atque commendat ven. deffinitorium quantum potest quod R. ad. P. M. Provincialis invigilet super extirpandis quibuscumque abusibus hactenus vigentibus, sive in ecclesia, sive in sacristia, sive in claustris inferioribus dicti conventus Matritensis et aliorum, quocumque modo pertinere possint ad supra dictam materiam. Idem pro viribus praestet localis prior, ac sive per se, sive per auxilium R. ad. P. Provincialis, ubi opus erit, curet materiei eiusdem strictam observantiam.

Praedicatoribus conventuum et aliis omnibus iniungit deffinitorium explicare in quovis morale sermone punctum aliquod doctrinae christianae.

Decernit plectendos religiosos omnes [qui] ex aliquo delicto apostataverint [in ms. apostatari] ad conventum Vallium, pro parte Castellae Veteris, atque Sancti Deserti Pelagi, pro Castella Nova, ita ut hii duo conventus carcerem soli habeant, in quo rei detineantur sub religiosa custodia et assistentia. Rei autem minoris delicti et qui leviori correptione indigerint ad novitiatum Matritensem et Vallis-Oletanum remittantur, in eoque ad certum tempus corrigantur.

Deffinit unum esse tantum novitiatum debere in qualibet Provinciae parte, signanter Matritensem in Nova et Vallis-Oletanum in Castella Veteri; proinde novitii omnes Provinciae ad duos praefatos conventus remittantur ut annum peragant probationis. Hoc intelligendo de vestiendis in posterum. Unus sit etiam artistatus in qualibet Provinciae parte.

Resolvit deffinitorium quod magister novitiorum in quolibet ex istis novitiatibus sit semper magister in sacra theologia ac virtute prudenti atque maturius; interim instituat pro novitiatu Matritensi lector theologiae ipse, qui ad illum destinabitur.

// f. 286r // Declarat ven. deffinitorium magistros, iubilos quoscumque et [prae]sentatos de pulpito non esse exemptos ab onere habendi [in ms. habere] conciones, quae vocant *de tabla*, atque debere adigi ad illas, uti et ad habenda officia quae per annum iisdem occasione festorum correspondent per turnum.

Adigantur quoque praesentati de pulpito et iubilati praestare hispanice *en las veredas*, atque ire ad talia loca pro habendis iis quae ibidem praestari solent per Ordinis religiosos; intelligant enim se non esse exemptos ab eo onere.

Stricte praecipit deffinitorium iubilatō conventus Matritensis et aliorum conventuum descendere in sacristia pro faciendo sacro post magistros omnes, et ea hora, qua fuerint vocati.

Revocat proinde, de mandato R.mi Patris, quascumque licentias et litteras patentes datas per quemcumque in dicta missarum linea.

Decernit religiosos hospites conventus Matritensis post tres dies ab eorum adventu persolvere debere eidem conventui summam determinatam a clavariis et priore in singulos dies queis ibi morabuntur, ne tantus sit hospitiū concursus ad dictum conventum sub praetextu litium aut recipiendorum fructuum *de los jueros*, sive censuum et domorum cuiusvis conventus utriusque Castellae et aliarum provinciarum Hispaniae. Annuente R.mo Patre, committit munus praefatarum rerum R. P. fr. Ignatio Pardo, quem declarat deffinitorium generalem procuratorem ad praedicta et alia eiusdem lineae; relinquens eidem R.mo, imo ab eo petens, ut pro sua voluntate et prudentia disponat quidquid necessarium fuerit ut debitum sortiatur effectum praesens haec resolutio.

Idipsum decernit deffinitorium quoad [*in ms. quae*] lites aliquas quae praes[en]tari solent in curia Vallis-Oletana, adeoque supplicat Ex.mum instituere in hoc etiam conventu idoneum alium procuratorem generalem ad praedicta, idque modo et forma sibi bene visa.

Universaliter autem deffinitorium cum Ex.mo Praeside renovat omnia decreta in aliis deffinitoriis habita supra eas hactenus expositas materias, et praecipit strictam observantiam decretorum generalium, quae in singulos conventus distribuentur.

// f. 286v // R. ad. P. M. Provincialis plectat inobedientes quoscumque in paemissis ac determinatis in hoc capitulo poena canonica aliqua, et praecipue remotionis a conventu in quo quis deliquerit.

Tandem, reiectis a deffinitorio quibuscumque petitionibus de gratia, supplicat R.mum P. Ordinis admittere ad praesentaturam de iustitia solutumque magisterium R. P. Lectorem fr. Leonem González et R. P. Lectorem fr. Felicem Palomino, eo quod ambo expletum [*sic*] expleverint theologicum cursum, uti de diffinitorio [*sic*], imo postulantibus annuit Pater Ordinis iuxta meritum.

Quae omnia fideliter sunt transcripta, ut ex libro magistrali Provinciae, fol. 32 retro, constat, de quibus ego, infrascriptus socius et secretarius, fidem facio, eaque, ut omnibus et singulis nota sint, de mandato R. A. P. N. M. Provincialis, omnibus conventibus transmittere curavimus, ut ea stricte observentur atque coram communitate legantur. De mandato R. A. P. N. M. Provinciali[s], Fr. Jacobus Montes, socius et secretarius.³

* * *

³ Sólo este último párrafo es autógrafo del mismo.

Carta circular del Provincial Fray José Antonio Lopez Gil
a los religiosos de la Provincia, en la que les comunicaba
los decretos mas importantes del Capítulo Provincial
de 1777, en el que había sido elegido

Alcalá, 2 julio 1777

Madrid, A.N.H., Clero, libro 474: *Magistral del convento de Avila desde 1600*. El texto de la misma se imprimió en dos folios que fueron agregados a este libro magistral, entre los ff. 92-93 del mismo. Otro ejemplar, *Ibid.*, libro 1350: *Libro magistral del convento de los Valles*, entre los ff. 248-249.

Fray Josef Antonio López Gil, doctor en sagrada theología, del gremio y claustro de la Universidad de Alcalá, su cathedrático de Lugares Theológicos, examinador synodal del arzobispado de Toledo y humilde Prior Provincial de las dos Castillas de Nuestra Señora del Carmen, etc. A todos los religiosos, así prelados como súbditos, de esta nuestra Provincia, salud y paz en nuestro Señor Jesuchristo.

Supuesta la noticia del capítulo celebrado en nuestro convento de Valdemoro en el día diez y nueve del mes de Abril de este presente año, venerando los altos juicios de Dios, cuya providencia no es capaz de engañarse en sus disposiciones, y teniendo por cierto que la mucha paz que experimentamos pide nuestro especial reconocimiento a la Divina Magestad, antes de sincerar nuestros intentos, que aspiran solamente a la más puntual y exacta observancia de nuestra santa Regla, disciplina regular y antiguas y loables costumbres de esta nuestra Provincia, hacemos saber a V. P. R. la confirmación de dicho capítulo, cuyas letras patentes originales dicen assí:

Nos, Fr. R. Joseph Albertus Ximénez, sacrae theologiae magister et doctor, humilis Prior Generalis, necnon Commissarius ac Visitator Apostolicus totius Ordinis fratrum Beatissimae semperque Virginis Dei Genitricis Mariae de Monte Carmelo Antiquae Observantiae Regularis, intra primarios Hispaniarum magnates annumeratus, etc.- Visis, lectis et diligenter perpensis una cum Consilio Ordinis actis capituli provincialis celebrati in conventu nostro Vallis Maurensi Provinciae utriusque Castellae die 18 usque ad vigessimam secundam inclusive mensis Aprilis proxime elapsi, praeside Patre Magistro Fr. Ferdinando Albarez, in quibus quidem comitiis provincialibus Prior Provincialis electus fuit Adm. R. P. Mag. Josephus López Gil, omnia et singula acta huiusmodi, cum quibusvis institutionibus diffinitorum, priorum, caeterorumque officialium Provinciae, utpote legitime et canonice peracta, auctoritate nostra, tenore praesentium, adprobamus et confirmamus, ipsosque electos in suis respectivis muneribus tamquam legitimos officiales a singulis habendos esse praecipimus ac ordinamus. Hinc amandamus inter albas

schedam quae in electione definitorum, loco quatuor, continebat quinque suffragia. Tum admittimus praesentatos singulos ad gradus, usque respectivas patentes litteras suo tempore dabimus; attamen, relate ad R. P. L. Fr. Emmanuelem de S. Ana, huic annuimus tantum sub expressa in praefatis actis restrictione. Quoad vero propositum nobis dubium super supplendis in capitulo provinciali suffragiis confessoriorum Provinciae inter patres simplices antiquiores, decernimus et declaramus iis et non aliis religiosis cuiusvis alterius conditionis competere in posterum, debere praedictum suffragii ius; quatenus eorum uno deficiente, suppleri debeat per alium illi proximiorum antiquitate. Cum enim per abolitionem sociorum conventualium patribus simplicibus adempta sit vox activa in capitulo provinciali, atque id praestitum fuerit iuxta petitionem provincialium, ac secundum hanc eandem procedat rescriptum pontificium super commemorata abolitione, quod unum cum decretis per nos editis expresse id importat, aequum profecto non est ut ipsismet patribus simplicibus compensatio [*in textu compensatis*] huiusmodi minime tribuatur, et consequenter, citra facultatem nobis concessam, nec adductus suffragii ferendi locus ullus in capitulis provincialibus relinquantur. Ne tamen dicatur nos in hac parte minus considerare quos vocant passantes, concionibus sacris vacatuos, de his providendum prout in Domino ad illorum incitamentum deinceps iudicavimus expedire. Tandem decreta quaevis contenta in actis pro bono Provinciae regimine atque observantia laudantes et executioni demandari iubentes, R. Adm. P. Mag. Provincialis prudentiae relinquimus illud de exitu a conventu (quandocumque indigerint) religiosorum qualicatorum, theologorum Immaculatae Conceptionis, praedicatorum Regis nostri, consultorum principum, aliorum huiusmodi privilegiatorum.- Ita confirmamus ac definimus, quo acta praememorata in suo robore firma omni tempore maneant ac servantur ex amussim ab omnibus.- In quorum fidem, etc.- Datum in Carmelo nostro Sanctae mariae Transpontem Urbis, die 27 Maii, anni 1777.- Fr. Ioseph Ximénez, Generalis.- Reg., fol. 115.⁴ - Fr. Antonius Ximénez, socius et secretarius generalis Hispaniae.

Y aunque de ningún modo es nuestra intención quitar la suavidad con que se nos aplica el iugo de nuestro estado y hacer el peso de sus obligaciones más grave con una multitud de preceptos, debiendo ser por superior perfecta idea que regle y señale la más religiosa conducta en todo nuestros súbditos, para hacer cierta su vocación y vernos libres de las inquietudes de conciencia que trae consigo el gravísimo cargo de la prelación, quando por algún descuido se deja correr en los súbditos lo que, si no se remedia con tiempo, acarrea gravísimos daños, nos es indispensable hacer presentes, con la posible concisión, los puntos más substanciales que con toda

⁴ Roma, Arch. Gen. O.Carm., II C. O. 1 (52): *Reg. Hispaniae 1728-1788*, f. 115v.

madurez y religioso zelo ordena y manda observar el M. R. definitorio. Son los siguientes:

Que cuide el M. R. P. Provincial se observen los decretos de reducción y reforma del Reverendísimo, y el especial sobre la administración de las haciendas del convento de Toledo, siendo N. P. M. exprovincial Gutiérrez superintendente perpetuo de su contaduría, como está mandado por el M. R. P. M. Provincial absoluto Fr. Agustín de Torres.

Que los hebdomadarios cumplan por sí, y no por otros, los oficios señalados en la tabla común.

Que en tiempo de verano se digan los maytines por la mañana, y no por la tarde.

Atendiendo a que es corto el número de hebdomadarios y de asistentes per se al choro, manda el M. R. difinitorio que en todos los conventos, según costumbre, hagan los jubilados, que no tengan excepción por la ley, los oficios todos los doble mayores, alternando entre sí indistintamente; y que todos, en dichos días, asistan a vísperas, maytines y misa mayor.

Que los religiosos que ocupan las sillas bajas del choro salgan y se acerquen al atril o facistol quando se cantan antífonas, hymnos, etc.

Que en todos los conventos se haga capítulo de culpas todos los viernes de cada semana, excepto los dobles mayores.

Que el maestro de novicios sea siempre uno de los RR. PP. Maestros jubilados.

Que los subprioros que en adelante se nombraren sean de madura edad y, si conviene, predicadores jubilados.

Que los confesores que tuviesen confesionarios señalados asistan con puntualidad y guarden la moderación que tan alto ministerio pide para bien de las almas y edificación del pueblo christiano.

Que ningún religioso, de qualquier grado, edad o condición que sea, salga del convento sin pedir antes licencia, y menos solo, con sombrero, exceptos los oficiales dela comunidad.

Que en el convento de Madrid se observe con todo rigor el decreto dado por N. R. mo e innovado por N. R. P. M. Torres, por el que se prohíben las conversaciones de los religiosos con mugeres en los claustros.⁵

Se declara por jubilado de púlpito, con todas las gracias, privilegios y exempciones concedidas a los demás, al R. P. Fr. Ambrosio Pérez, con condición que haya de exercer el oficio de cantor en el convento de Madrid, por lo que también se le conceden las mismas gracias que los cantores gozan.

Que en los conventos de Toledo, Valladolid, Alcalá y Salamanca se nombre por el Provincial un regente de estudios que sea maestro jubilado, y el curso dure por siete meses continuos a lo menos; lo mismo se

⁵ Cf. *supra*, doc. precedente.

observará en los colegios de moral, que de nuevo se han de instituir, en que será lector uno de los más antiguos de theología.

Que en Alcalá, según la práctica antigua, predique el sermón de S. Cyrilo uno de los lectores de theología o el maestro de estudiantes.

Que en Salamanca no haya en adelante predicador de oficio.

Que los simples sacerdotes (exceptos los organistas), que dentro de seis meses después de la publicación de estos decretos no se expusieren de confesores, pierdan el lugar de su antigüedad y profesión.

Que en todos los conventos se nombre por la comunidad un bibliotecario, que sea jubilado por cátedra o púlpito y de los más idóneos, el qual no podrá vender ni trocar haún el más mínimo libro sin noticia y consentimiento del prior y maestros, o (donde no los haya) de los padres más graves. Cuidará mucho que los religiosos no tengan libros en las celdas para ostentación y pompa, sin negarles los que verdaderamente necesiten según su oficio y ministerio. Y cuando alguno tuviere necesidad de algún tomo de las obras grandes, podrá sacar aquél, y no toda la obra, y esto por el timpo preciso y dexando antes en el asiento común firmado su recibo; prohibiendo baxo las penas tantas veces repetidas el que se presten libros a los extraños. No entregará el bibliotecario la llave de la librería; deberá asistir por sí en las horas señaladas ni se permitirá que alguno tenga otra más que el prior y padres de provincia.

Y reconociendo las muchas obligaciones de nuestro oficio y que somos responsables ante Dios de su cumplimiento, exhortamos a todos los RR. PP. Piores que, con exemplos de vida religiosa, doctrina sana y paternales amonestaciones, obliguen a sus respectivos súbditos a la más exacta y puntual observancia de nuestra santa Regla, constituciones generales y municipales, cuydando con la mayor vigilancia se execute todo lo mandado por N. M. R. difinitorio, como tan importante a la disciplina regular y moderación de nuestro estado, sin que para no cumplir y faltar haún en lo más mínimo sirva de regla el común dicho: “esto está otras veces mandado, y nunca se ha cumplido”. Porque, además de ser semejante declamación depresiva del honor y autoridad de los superiores que mandan y contener un formal desprecio de sus mandatos, aseguramos a V. P. R. con las veras de nuestro corazón, como se lo dirá la experiencia, que seremos inexorables en hacer cumplir y guardar quanto con tan santo y religioso zelo está dispuesto y mandado, y en prueba de ser serio nuestro ánimo haremos artículo especial en nuestras visitas, aplicando en caso de contravención o inobediencia las penas que aya lugar, sin que nos detengan respetos humanos, ni se nos note aceptación de personas. Y mandamos que estas nuestras letras se lean y hagan patentes en todos nuestros conventos e inserten en el libro magistral, cuidando los RR. Piores o sus vicarios de darnos el correspondiente aviso, para que nos conste de su publicación.

Dadas en nuestro convento de Alcalá, selladas con el sello mayor de nuestro oficio, y refrendadas de nuestro socio y secretario de Provincia, a 2 de

Julio de 1777.- [*Firma autógrafa:*] Maestro fr. Josef López Gil, Provincial.- Por mandato de N. M. R. P. Maestro Provincial, Fr. Blas Antonio Rabadán, pro-secretario.- Es copia de sus respectivos originales, que quedan en el libro de Provincia que rige. De que doy fe.- Fr. Blas Antonio Rabadán, pro-secretario.

Como secretario de esta comunidad, la hize saber, leí y publiqué los decretos que anteceden. Y lo firmé. Carmen Calzado de Ávila, y Julio, 22 de 1777.- Fr. Cayetano Sánchez, secretario.

* * *

Actas del Capítulo Provincial de Ávila de 1781

Roma, Arch. Gen. O.Carm., II Castella 1. Copia original auténtica de las actas del Capítulo, enviada a Roma para su aprobación por el Consejo General de la Orden. Cuadernillo de 8 hojas, sin numerar, la primera de las cuales queda en blanco.

// f. 2r // Acta capituli provincialis huius Provinciae utriusque Castellae Ordinis Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmelo in conventu Abulensi diebus 1-2-3-4-5 mensis Junii [anni 1781] celebrati, praeside R. A. P. M. Fr. Joanne Baptista Gil, sacrae theologiae doctore, Provinciali Saxoniae, Commissario Generali Provinciarum Hispaniae, ac conventus Matritensis Visitatore, etc.

Sessio prima

Cum N. R. mus P. M. Fr. Andreas Audras, Parisiensis Doctor, ac totius Carmelitarum Ordinis Prior Generalis, Praesidem constituisset R. A. P. Magistrum Fr. Joannem Baptistam Gil capituli provincialis utriusque Castellae,⁶ secundum statuta nostrarum Constitutionum die quinta Maii celebrandi, cumque iste legitime pro tunc impeditus esset, R. mus Pater Ordinis facultatem illi concessit, ut pro suo libito illud perficere posset qualibet die usque ad Pentecostem. De hac igitur facultate certior factus R. A. P. M. Fr. Joseph López Gil, Complutensis doctor et Locorum Theologicorum cathedrae moderator, examinador synodalis, provincialisque utriusque Castellae officium depositurus, iuxta formam ordinariam per suas litteras citatorias capitulum Abulae cele-

⁶ Roma, Arch. Gentile. O.Carm., II C.O. 1 (52): *Reg. Hispaniae 1728-1788*, f. 116r: "Die 8 Januarii [1781] missae sunt litterae patentes Commissarii Generalis et Praesidentis Capituli Provincialis Provinciae utriusque Castellae R. Adm. P. M. Joanni Gil, conventus Matritensis Visitatori Generali et Provinciali Saxoniae". El p. Juan Bautista Gil era de la provincia de Aragón y había sido nombrado visitador del convento de Madrid el 28 de junio de 1780, por el general Ximénez (*Ibidem*), oficio en el que le confirmaba el nuevo general Audras.

brandum indixit, afferendis priorum culpas, temporalis status conventuum chartis, numero defunctorum et familiae vivorum, adducendis expensis pro capitulo, designatisque ad illud celebrandum loco et tempore.

Post haec vero, cum Praeses supradictus creatus ac institutus fuerit Commissarius Generalis Provinciarum Hispaniae ab eodem R.mo Patre Ordinis Generali, cum socio sibi deputato R. P. M. Fr. Eugenio Jordán, theologiae doctore, examinatoreque synodali archiepiscopatus Toletani, per litteras patentes a Supremo Senatu Castellae adprobatas et in regio conventu nostro Matritensi solemniter publicatas cum ipsomet *regio exequatur*, ad caeteras provincias Hispaniae transmissas,⁷ Abulam demum iter fecit pro celebratione capituli ibidem convocati. Vigilia ergo vigiliae, feria scilicet sexta ante diem Dominicam Pentecostem, ad communis nolae pulsationem omnes convenere. Cunctis igitur de gremio patribus in loco capituli congregatis pro prima sessione, lectum fuit per R. P. M. Fr. Eugenium Jordán testimonium authenticum de litteris pro praedicta commissaria generali in conventu Matritensi lectis, cumque debita reverentia et submissione a cunctis ibidem admissis. Quum vero ad haec nullus in contrarium reclamaret, ommissit R. Adm. P. Commissarius Generalis notas facere Provinciae anteriores patentes litteras, quibus R. mus Pater Ordinis in praesidem horum comitorum provincialium instituerat, ad idque socium iisdem litteris assignaverat M. Fr. Vincentium Caballero.⁸ Unde quum iam praefatis litteris committiis ut Commissarius Generalis praesideret, novum socium noluit nominare, sed solummodo in secretarium pro capitulo R. P. M. Fr. Michaellem Acero, Complutensis Academiae doctorem, elegit; qui coram ipso iuramentum solitum de fidelitate praestanda emissit, statimque A. R. P. Praeses brevem quidem, sed valde oportunum pro pace et concordia habuit coadunatis patribus sermonem.

Post tabulas autem officialium capituli (cuius series brevitatis causa ommittitur) coram toto gremio lectam; post edictum Sanctae Inquisitionis contra haereticam pravitatem, et post apostolicas constitutiones ibi contentas, constitutionemque felicis recordationis Clementis Papae VIII *De largitate munerum regularium interdicta* similiter coram omnibus lectas, // f. 2v // secretarium capituli pro vocalium computu, gremialiumque legitimitate, alta voce, et servatis antiquitate ordineque conventuum, priores pro exhibendis statuum et bonorum temporalium rationibus (vulgo *Cartas cuentas*), proque sigilorum conventuum depositione, nominatim vocavit, omnesque accessere. Quibus peractis, R. Adm. P. Praeses vocalium numerum, suffragiorumque computum statim fieri iussit, inventumque est pro Nova Castilla vota esse

⁷ El nombramiento del p. Gil como Comisario General de las Provincias de España para exigir el cumplimiento de los decretos de reducción publicados por el general Ximénez, tenía lugar el 5 de febrero del mismo año de 1781, y el pase del Consejo lleva la fecha del 7 de mayo siguiente. La documentación relativa a este asunto se conserva en Madrid, A.H.N. Consejos, leg. 1211.

⁸ Sería elegido en el mismo capítulo, en el que no participó, el prior del convento de Requena (cf. *infra*):

viginti duo, ipso Adm. R. P. Praeside incluso, et pro Castella Veteri viginti duntaxat esse. Quum autem ex legibus particularibus Provinciae totidem in capitulis esse debeant vota ex una eius parte, quot numerantur ex alia, ita ut addi debeant supplementa ubi opus, usquedum minor numerus maiori aequipolleet, hinc pro parte Castellae Veteris duo supplementa adita fuere, prout in fine cathalogi sequentis constabit.

Vocales pro parte Castellae Novae

N. Adm. R. P. Magister Commissarius Generalis et Praeses Fr. Joannes Baptista Gil.

Adm. R. P. M. Fr. Joseph López Gil, Provincialis.

R. P. M. Fr. Gabriel Huete, deffinitor primarius.

R. P. Fr. Clemens Escolar, tertius deffinitor, subrogatus pro legitima absentia R. P. Fr. Emmanuelis Barrionuevo in capitulo electi deffinitoris.

Adm. R. P. M. Fr. Bernardus Regidor, ex-assistens generalis Hispaniae

Adm. R. P. M. Fr. Martinus Díaz, exprovincialis.

R. P. M. Fr. Eugenius Jordán, Commissarii ac capituli Praesidis socius ex numero et prior Matritensis.

Adm. R. P. M. Fr. Ildephonsus Mira, Provincialis Angliae et ex numero.

R. P. M. Fr. Emmanuel López, ex numero.

R. P. M. Fr. Jacobus Montes, ex numero.

R. P. M. Fr. Joannes Arteaga, ex numero.

R. P. M. Fr. Christophorus Gutiérrez, ex privilegio capituli generalis.

R. P. M. Fr. Franciscus Salinero, ex privilegio capituli generalis.

R. P. Fr. Emmanuel Deza, prior Requenensis.

R. P. M. Fr. Joannes Frejanes, prior Toleti.

R. P. M. Fr. Emmanuel Huerta, prior Compluti.

R. P. Fr. Joannes Izquierdo, prior Albercae.

R. P. M. Fr. Leo González de Castro, prior Vallis-Olivarum.

R. P. Fr. Emmanuel López, prior Valliamaurensis.

R. P. Fr. Thomas a Sancta Theresia, prior Sancti Deserti Pelagi.

R. P. Fr. Joannes Alvarez, antiquior Provinciae confessor.

R. P. Fr. Antonius García, secundus Provinciae confessor.

Omnes numero 22.

Vocales pro parte Castellae Veteris

R. P. M. Fr. Josephus Flores, secundus deffinitor, ex numero, el prior Segoviensis.

R. P. M. Fr. Antonius Recamán, quartus deffinitor ob mortem electi in capitulo praecedenti, et prior Vallisoletanus.

Adm. R. P. M. Fr. Augustinus Torres, ex-provincialis.

// f. 3r // R. P. M. Fr. Michael Ronda, socius et secretarius Provinciae.

R. P. M. Fr. Emmanuel Serrano, prior capituli.

R. P. M. Fr. Ferdinandus Alvarez, ex numero, et prior Sancti Pauli.

- R. P. M. Fr. Joannes del Pozo, ex numero.
 R. P. M. Fr. Bartholomeus Negrilla, ex numero.
 R. P. M. Fr. Paulus Colmenero, ex numero.
 R. P. M. Fr. Emmanuel de los Ojos, ex numero.
 R. P. M. Fr. Josephus Calvo, ex numero.
 R. P. M. Fr. Emmanuel Alvarez, ex numero.
 R. P. M. Fr. Stephanus Bargas, prior Metinensis.
 R. P. Fr. Josephus Hernández, prior Vallium.
 R. P. M. Fr. Emmanuel Cantero, prior Salmanticae.
 R. P. Fr. Emmanuel Polo, prior Valderensis.
 R. P. M. Fr. Julianus Martínez, ex privilegio capituli generalis.
 R. P. M. Fr. Franciscus Pérez, ex privilegio capituli generalis.
 R. P. Fr. Gregorius Torres, antiquior Provinciae confessor.
 R. P. Fr. Joannes Ayuso, secundus Provinciae confessor.
 R. P. M. Fr. Petrus Arévalo, ex aequalitate Provinciae.
 R. P. M. Fr. Emmanuel Fernández, ex aequalitate Provinciae.
Omnes numero 22.

Haec est, inquam, suffragiorum series methodusque vocalium, qui pro electionibus faciendis interesse voluere, de quibus Adm. R. P. M. Praeses ter de iure inquisivit an aliquis vel aliqui aliquo canonico impedimento essent obstricti propter quod in hoc capitulo neque eligere neque eligi possint? Quumque nullus adversum alterum reclamaret, omnes ut legitimi vocales a R. Adm. P. M. Praeside declarati fuere.

Post haec ergo R. A. P. M. Praeses iudices causarum tum civilium tum criminalium nominavit: civilium, R. P. M. Fr. Julianum Martínez et R. P. M. Fr. Emmanuelem Huerta, priorem Complutensem; criminalium vero RR. PP. MM. Fr. Christophorum Gutiérrez et Fr. Emmanuelem Cantero, priorem Salmanticae. Insuper pro revisoribus tabularum defunctorum RR. PP. MM. Fr. Franciscum Salinero et Fr. Leonem González de Castro, priorem Vallis-olivaram. Denique computum [*in ms.* computuum] vocalium utriusque Castellae iterum fieri R. A. P. M. Praeses iussit, inventaque fuere a me, supra nominato secretario, supradicta quadraginta quatuor suffragia; quibus peractis, R. A. P. M. Praeses electiones definitorum, provincialis, eiusdemque pro generali capitulo (si eveniat) sociorum celebrando, ac Provinciae custodis, in crastinos faciendas distincte proposuit; sicque finita fuit haec prima sessio.

Sessio secunda

Actum circa electiones definitorum et provincialis

Dies ergo sabbati, quae est secunda mensis Junii, mane hora octava, ad nolae pulsationem gremiales omnes, cappis albis induti, pro Missa Spiritus Sancti audienda [ad] ecclesiam processere, qua a R. P. Praesentato Priore Requenensis conventus, prioribusque Albercae et Vallium ei ministrantibus, solemniter decantata, finitaque exhortatoria oratione eleganti latino sermone

a R. P. Fr. Emmanuele Serrano, artium lectore, maxima cum claritate declamata, R. A. P. M. Praeses hymnum *Veni, Creator Spiritus*, etc. solemniter intonuit, omnibusque prosequentibus, processionaliterque procedentibus, ad locum pro capitulo celebrando destinatum pervenere, ubi cum praecibus, versu et oratione Spiritus Sancti, fuit terminata pro- // f. 3v // cesso; illisque, qui non erant de gremio, extra praedictum locum emmissis, solisque legitimis vocalibus manentibus, omnes in sedibus, secundum uniuscuiusque gradum [*in ms.*, graduum] conventuumque antiquitatem, consederunt; ianisque clausis, R. Adm. Praeses electionem in primis deffinitorum, conformiter ad statuta Ordinis actaque reunionis, proposuit. Sed antequam ad electionem procederetur, omnes ad veram pacem devota oratione fuit exhortatus, qua finita, capita Constitutionum nostrarum *de qualitate eligendorum; de electionibus in communi, et de qualitatibus et electione deffinitorum*, clariori qua potui voce, ego, infrascriptus secretarius, Praesidis iussu perlegi. Iterumque suffragiis computatis et ad praedictum numerum quadraginta quatuor inventis, nemine indebite admissis vel exclusis, omnes flexis genibus, dictoque *Confiteor Deo*, etc., absolutionem more solito ad huiusmodi dumtaxat electionis effectum a R. A. P. M. Praeside acceperunt.

Postea vero tres suffragiorum scrutatores elegit: RR. PP. Magistros Fr. Joannem Arteaga, Fr. Julianum Martínez et Fr. Stephanum Bargas, simulque publicatorem R. P. M. Fr. Leonem González; duo similiter eorumdem suffragiorum adnotatores nominavit, scilicet, RR. PP. Magistros Fr. Emmanuelem Fernández et Fr. Franciscum Salinero; qui omnes coram Crucifixo iuramentum de suo munere fideliter explendo flexis genibus praemissere; quod et praestiterunt omnes vocales de eligendis dignioribus, iuxta normam nostrarum Constitutionum, R. A. P. M. Praeside alta voce illud pronuntiantes, aliisque repetentibus: *Ego, frater N.*, etc. Quibus praemissis, omnes sederunt, et distributis schedulis eiusdem formae et figurae, scrutatores cum urna clausa ad suffragia excipienda, adnotatoresque ad illa adnotanda ante Crucifixi imaginem accedere; capituli secretario astante et alta voce dicente: *RR. PP. accedite*, etc., singuli debito ordine humilique aspectu ad pedes eiusdem Crucifixi provoluti, schedulam ad illius sacratissimum pectus applicando et illam osculando, suffragia emisserunt; sed cum duo ex vocalibus infirmitate correpti ad capitulum non accederent, vota sua more solito fuerunt collecta.

Suffragiorum emissioni fine imposito, unus ex scrutatoribus urnam accepit, in aliaque parum distante reposuit mensa, suffragia extraxit, et ego secretarius computavi, aequaliaque numero eligentium inveni. R. Igitur P. M. Joannes Arteaga et caeteri scrutatores schedulas unam post aliam sibi inceperunt legere, et R. P. M. Leo de Castro alta voce publicavit, me secretario cum caeteris ad adnotandum electis adnotante. Finita adnotatione et publicatione suffragiorum, inventum est R. P. M. Fr. Josephum Calvo habuisse pro primo deffinitore viginti quatuor suffragia, R. P. M. Fr. Fran- // f. 4r // ciscum Salinero pro secundo habuisse triginta quatuor suffragia, R. P. Fr. Emmanuelem Polo pro tertio quadraginta, et R. P. Thomam a Sancta Theresia pro

quarto triginta quatuor suffragia, caeteris sic distributis: R. P. M. Fr. Franciscum Pérez pro primo decem et octo; R. P. M. Fr. Joannem Frejanes pro secundo unum; R. P. M. Fr. Emmanuelem Huerta pro secundo octo; R. P. M. Fr. Leonem de Castro pro secundo unum; R. P. M. Fr. Julianum Martínez unum pro primo; R. P. M. Fr. Emmanuelem Cantero unum pro primo; R. P. Fr. Emmanuelem Deza pro quarto octo; R. P. Lectorem Fr. Michaelem Ronda pro tertio unum; unum suffragium in albo repertum est, aliud cui deerat nomen unum deffinitoris eligendi. Quapropter numeri ad numerum quater collatione facta, suffragiisque ad aequalitatem inventis, compertum est R. P. M. Fr. Josephum Calvo in primuim deffinitorem electum fuisse, in secundum R. P. M. Fr. Franciscum Salinero, in tertium R. P. Fr. Emmauelem Polo, in quartum denique R. P. Thomam a Sancta Theresia.

Cumque A. R. P. M. Praeses (ut de iure et more est) interrogasset an huiusmodi electionem ut ritam canonicamque haberent?, nullus in contrarium reclamavit, praeter R. P. M. Fr. Bernardus Regidor, qui ex opinione concepta de eo quod suffragia gremialium ex privilegio tantum capituli generalis vel ab illis qui regulariter socii romani vocantur collata, irrita ess[ent] post statuta generalia ab Ex.mo et R.mo Patre Nostro Generali Ximénez exarata, roborataque a Supremo Senatu Castellae; et cum ista suffragia quatuor fuerint, ut patet ex cathalogo praecedenti, electionem relatam, simul cum capitulo, invalidam pronunciavit praefatus pater, et quidquid in isto actum fuerit irritu dixit et protestatus est ut contrarium legibus et statutis nostris; in cuius corroboratione nonnulla quae sibi probativa videbantur et secum attulerat legit; aliqua vero in oppositum electionis factae pro suo libitu citavit. Et cum ab aliquibus ex gremialibus rogatus esset cur post electionem in se rite factam, publicatam, approbatamque a R. A. Praeside, defectum agnoverit ex illigitimitate vocalium, et non antea, dum illos cum consensu totius capituli idoneos adprobaverat?, dixit in tali approbatione se, suamque conscientiam et animam sacrificasse animo praestandi obsequium et honorem R.mo Praesidi, pacem et tranquillitatem in electionibus desideranti; sed cum non ita accidisset in dicta electione sicut ipse spectabat, nollens operam perdere in omnibus ad capitulum pertinentibus, ipsum pro secundo ut nullum et irritum proclamavit. Cur igitur (opposuit M. Julianus Martínez) in hoc capitulo eorum suffragia, quibus ex privilegio capituli generalis concessa sunt, irrita esse debent, dum in aliis, etiam post promulgationem decretorum generalium celebratis, tamquam valida legitimaque iudicata et admissa fuere etiam ab ipso Patre Magistro? Non aliud responsum dedit quam proferre hoc capitulum, non ut capitulum, sed ut conciliabulum habendum esse. Et ita iterum atque iterum suam de nullitate protestationem repetens, testimonium de omnibus peractis postulavit M. Praesidi; quo concesso, a capitulo exivit. Hac enim contentione finita, cum nullus in contrarium reclamaret, illos ut legitimos deffinitores autoritate qua fungebatur Praeses sub forma in Constitutionibus nostris contenta declaravit; statimque schedulae, quae ad praedictam // f. 4v // electionem deservierant, igni traditae sunt; qui quidem modus, nullo apice ommissio, in caeteris electionibus servatus est.

Series definitorum

R. P. M. Fr. Josephus Calvo et R. P. Fr. Emmamuel Polo pro Castella Veteri.

R. P. M. Fr. Franciscus Salinero et R. P. Fr. Thomas a Sancta Theresia pro Nova Castella.

Illico ergo, surgentibus definitoribus electis debitoque consedentibus loco, foras iussi sunt egredi R. P. Fr. Gabriel Huete et Fr. Clemens Escolar [*in ms. Scholar*]; sed ob aequalitatem Provinciae iterum vocati fuere. Computatis autem de novo vocalibus, inventi sunt pro utraque Castella quadraginta quatuor, uno dempto, nempe suffragio R. A. P. M. Bernardi Regidor. Deinde Adm. R. P. M. Fr. Joseph López Gil, Provincialis, humi prostratus, munus suum, Provinciaeque sigilla coram R. A. P. M. Praeside deposuit, pro suisque in gubernando defectibus sincere confessis veniam postulavit; cui R. A. P. M. Praeses, nomine suo et totius Provinciae, pro illius prudenti regimine gratias egit. Lectis deinde constitutionibus *de qualitatibus provincialis noviter eligendi*, omnique debita forma servata, R. A. P. Praeses quasdam Nostri R.mi litteras clausas, et a tergo cum hac nota: *non aperiantur*, etc. secretario ut eas clara voce patefaceret porrexit, quas visas, signatasque repertas, aperuit et alta voce publicavit. In eis R.mus Pater Ordinis praesentare, habilitare et ad provincialatus officium proponere omnes et singulos magistros, praesentatos et idoneos ad docendum dignabatur. Insuper R. A. P. Praeses monitos esse voluit provincialem, priores eligendos, caeterosque gremiales de observantia decretorum Nostri R.mi Ximénez.

Hoc praemisso, ordine ut supra in electione definitorum servato, omnes vocales a secretario vocati sub his verbis: *RR. PP. accedite*, ad reponendum in urna suffragia accessere. Deinde unus ex scrutatoribus (qui fuerunt iidem nominati qui in electione definitorum) schedulas unam post aliam ex urna assumens et sibi legens, simili-ter et alteri nominati, alius alta voce illas publicavit; ego autem, secretarius capituli, cum caeteris adnotatoribus suffragia numeravi, cum eligentium numero contuli, et summa suffragiorum collata cum numero eligentium, inventum est suffragia esse quadraginta tria; ex quibus R. P. M. Fr. Joseph Flores habuit triginta octo suffragia in provincialem, R. P. M. Fr. Ferdinandus Alvarez unum, R. P. Fr. Julianus Martínez unum, R. P. M. Fr. Joseph Calvo unum. Duo alia inventa fuere, quorum unum fuit album, alterumque ex defectu scripturae nullum. Ex quo liquido constat esse in provincialem electum R. A. P. M. Fr. Joseph Flores. Statim R. A. P. M. Praeses ter de iure interrogavit gremialibus an huiusmodi electionem et ritam canonicamque haberent? Et vum nihil contra eam reclamatum fuisset, R. A. P. M. supradictus fuit in provincialem electum publicatus a R. A. P. M. Praeside, ante quem noviter electus, genuflexus, provincialatum admisit; et R. A. P. M. Praeses decretum electionis interposuit dicens: *Ego, Fr. Joannes Baptista Gil*, etc. Postmodum vero provincialis electus gratias gremialibus dedit, orationesque fratrum pro bono et pacifico regimine eleganti oratione petivit. Denique, debitum assumens locum, in eius socium et secretarium Provinciae

nominavit R. P. Fr. Emmanuelem López. Sed cum socius electus actualis prior esset conventus Vallismurensis, contra istam nominationem RR. PP. MM. Fr. Joseph López Gil, provincialis absolutus, Fr. Martinus Díaz, exprovincialis, et Fr. Emmanuel Huerta reclamarunt ob incompatibilitatem officiorum prioratus et secretariae; et quia stan- // f. 5r // do legibus et statutis nostris nullus prior in socium et secretarium eligi potest. Verum ipse socius noviter assumptus, ut iurgia evitaret, coram toto capitulo officium prioratus dimisit. De his ergo patribus in contrarium reclamantibus testimonium fuit concessum; et ex mandato R. A. P. M. Praesidis coram Provinciali noviter electo genuflexus ipse socius, dexteraque manu posita supra pectus, iuramentum praestitit fidelitatis; quibus peractis, hymnoque *Te Deum laudamus* pro gratiarum actione a R. A. P. M. Praeside solemniter intonato, omnes gremiales illum prosequentem (aliis etiam fratribus, licet non vocalibus, comitantibus) ad ecclesiam processionaliter pervenerunt, ubi consuetis praecibus ac orationibus a R. A. P. M. Praeside decantatis, noviter electus provincialis genuflexus professionem fidei coram omnibus alta et intelligibili voce fecit, altarique osculato et omnibus aspersorio dato, a cunctis fratribus debitam accepit obedientiam. Sicque finita fuit haec sessio.

Sessio tertia

Actum quoad electionem sociorum ad generale capitulum iturorum,
Provinciae custodis et provincialis in eventum

Eadem die, hora tertia post meridiem, ad nolae pulsationem R. A. definitorium cum caeteris fratribus ierunt ad ecclesiam, ubi P. Fr. Emmanuel Rexidor publicas conclusiones erudite propugnavit, argumentisque satisfacit, auxilium praestante R. P. Fr. Joanne Ignatio Zurita, sacrae theologiae magistro. Exinde R. A. definitorium cum caeteris gremialibus ad locum pro capitulo destinatum perrexit, ubi hymno *Veni, Creator Spiritus*, etc. cum versu et oratione recitato, ad electionem praedictorum sociorum progressi sunt servatis omnibus, ut supra, in electione definitorium; cumque numerus vocalium ad examen redigeretur, R. A. P. M. Praesidens, simul et Provincialis electus, se abstinuerunt a suffragio ferendo et suam in melius reservaverunt vocem; unde numerus eligentium ad numerum triginta et novem redactus fuit; hisque computatis, omnes ad vocem secretarii, debito ordine, iisdemque cermoniis, ubi supra, suffragia posuerunt in urna, quam unus ex scrutatoribus accipiens, aliaque in mensa reponens, ex ea suffragia extraxit, quibus in numero aequali cum suffragantibus repertis et ab eodem qui supra publicatis, inventum est R. P. Fr. Michaellem Ronda habuisse pro primo socio suffragia viginti tria, R. P. M. Joseph Núñez pro secundo socio viginti tria, R. P. M. Fr. Joannem González decem et tria, R. P. M. Fr. Franciscus García unum; aliud inventum est album; quare omnibus pensatis, electi fuisse in socios pro primo ex Castella Vateri R. P. Lector Fr. Michael Ronda, et pro secundo ex Nova R. P. M. Fr. Joseph Núñez; quam electionem omnes vocales, ter de iure circa eius legitimitatem interrogati, ut ritam et validam habuere. Quare R. A. Praeses eos ut tales declaravit.

Post haec ad electionem custodis Provinciae ventum est, et omnibus, ut supra, servatis, triginta et octo suffragia inventa sunt, et missis schedulis in urnam, omnibus de iure servatis, compertum est R. A. P. M. Fr. Joannem del Pozo, ex numero Provinciae, habuisse viginti duo suffragia, et R. P. M., etiam de numero, Fr. Ferdinandum Alvarez duodecim, R. P. M., etiam de numero, Fr. Paulum Colmenero unum, tribus inventis in albo; quare R. P. M. Fr. Joannes del Pozo in custodem Provinciae fuit electus, et ab omnibus ter de iure // f. 5v // interrogatis admissus, ab ipsoque Praeside publicatus fuit ut rite et valide electus. Quo facto, R. A. P. M. Provincialis electus fuit [et] institutus deffinitor generalis a R. A. P. M. Praeside sua autoritate et nomine totius gremii. Denique noviter electus Provincialis pro casibus a nostris Constitutionibus in eius vicarium seu provincialem in eventu nominavit R. P. M. Fr. Paulum Colmenero. Et proposita electione priorum pro die sequenti, sic terminata fuit haec sessio.

Sessio quarta

Actum quo ad priorum electionem

Dominica ergo die, quae est terti mensis Junii, mane hora octava, congregatis in aula ad deffinitorium destinata omnibus deffinitoribus, quorum series sequitur: R. A. P. M. Praeses capituli, R. A. P. M. Provincialis electus, R. A. P. M. Joseph López Gil, provincialis absolutus, R. P. M. Fr. Joseph Calvo, primus deffinitor, R. P. M. Fr. Franciscus Salinero, secundus deffinitor, R. A. P. M. Fr. Martinus Díaz, exprovincialis, R. A. P. M. Fr. Augustinus Torres, exprovincialis, R. P. Fr. Emmanuel Polo, tertius deffinitor, R. P. Fr. Thomas a Sancta Theresia, quartus deffinitor, R. P. M. Fr. Eugenius Jordán, socius Praesidis, R. P. Fr. Emmauel López, socius Provincialis, vocatusque fuit R. A. P. M. Fr. Bernardus Regidor, ex Assistens Generalis, sed noluit accedere. Etiam ingressus fuit R. A. P. M. Ildephonsus Mira. His, inquam, loco praedicto congregatis, hymnoque *Veni, Creator Spiritus*, etc., a R. A. P. M. Praeside devote incepto ab omnibusque prosequuto, finitoque cum versu et oratione consueta, ad electionem priorum die antecedenti propositam, A. R. deffinitorium se vertit. Hinc ergo R. A. P. M. Fr. Ildephonus de Mira quamdam ex R. A. P. M. Fr. Antonio Ximénez, Assistente Generali pro Hispaniarum provinciis, epistolam de mandato R.mi Patris Ordinis datam Romae, die tertia Januarii anni 1781, praesentivit, in qua R. mus Pater Generalis continuationem officii provincialatus Angliae dicto A. R. P. Magistro de Mira concedebat cum omnibus et eisdem gratiis et privilegiis a suo praedecessore illi concessis. Verum cum ex una parte provincialatus Angliae debeat esse trie[n]nalis, secundum statuta nostra (uti RR. A. PP. MM. Fr. Joseph López Gil et Fr. Martinus Díaz deffinitorio proposuerunt in ordine ad supradictae epistolae validitatem), et sic compertum dictum P. M. de Mira uno abhinc anno dicto officio provincialatus non fungi; ex alia vero parte, epistola quaedam particularis sufficiens non sit (uti aiebant dicti Adm. RR. PP. MM. exprovinciales) ad creationem novi provincialis, sed requirantur ad praedictam institutionem novae litterae patentes R.mi Patris Ordinis, ideo ab ipsis RR. Adm. PP. citatis, uti invalidam et nul-

lius roboris ad intentum praestandi suffragium in deffinitorio epistolam lectam iudicatam est [*in ms.* esse]. E contra vero, R. A. P. M. Praeses, deffinitoresque alii, [e]sto (?) concederent ad novam institutionem omnia exposita requiri, ad continuationem vero necessaria esse negabant. His pro utraque parte actis, cum ultimo ex datis litterarum institutionis et epistolae consideratione [*in ms.* consi[der]ationis] compertum esset interruptionem phisicam temporis fluxisse, ultro [con]- // f. 6r // venerunt in eo quod nova institutio requirebatur; quam, cum non haberet, suffragio pro deffinitorio carere iudicatum est. De his ergo testimonium petiit A. P. M. Fr. Joseph López Gil, quod quidem concessum est.

His expletis, exhortatione pro pacifica electione a R. A. P. M. Praeside habita ad RR. PP., iuramentoque de meliori eligendo a cunctis facto, pro conventibus Castellae Novae sequentes a R. A. P. M. Praeside propositi fuerunt: pro conventu Matritensi R. A. P. M. Fr. Martinus Díaz, R. P. M. Fr. Joannes Arteaga et R. P. M. Fr. Gabriel Huete; pro conventu Toletano RR. PP. MM. Fr. Ignatius Zurita, Fr. Leo González de Castro et Fr. Vincentius Caballero. Servatisque omnibus pro hac electione quae supra in electionibus deffinitorium et a secretario pro quolibet priore eligendo admoniti, recensiti undecim vocales, ad electionem prioris conventus Matritensis, in schedulis praeparatis nomen futuris prioris exarando, primum devenere. Schedulis igitur in urna positis eisdem ceremoniis quibus supra, posteaque ab illa extractis, a scrutatoribus lectis et ab uno eorum publicatis (erant enim scrutatores nominati RR. PP. MM. Fr. Joseph Calvo, Fr. Franciscus Salinero, Fr. Augustinus Torres et Fr. Emmanuel Polo, deffinitor; adnotante etiam secretario) repertum fuit R. P. M. Fr. Gabrielem Huete in priorem conventus Matritensis septem habuisse suffragia, R. A. P. M. Fr. Martinum Díaz unum, R. P. M. Joannem Arteaga duo; aliud in albo inventum est. Pro conventu Toletano R. P. M. Fr. Leo González septem habuit suffragia, R. P. M. Fr. Ignatius Zurita duo, R. P. M. Fr. Joannes Mota unum, R. P. Didacus Cano unum. Unde septem suffragiis electus fuit praedictus R. P. M. Fr. Gabriel Huete pro prioratu conventus Matritensis, et pro conventu Toletano septem suffragiis fuit electus M. Fr. Leo González. Praedictis ergo electionibus publicatis a secretario et de iniuscuiusque divisive etiam valore a R. A. P. M. Praeside ter de iure gremialibus interrogatis, unumquemque electum ut priorem sui respectivi conventus et adprobavit et publicavit. Hora decima, ad nolae sonitum, omnes gremiales ad ecclesiam accessere, ubi R. P. Fr. Josephus Silva, nomine prioris Toletani legitime impediti, Missam solemniter celebravit concionemque perutilem et opportunam ad gremiales et ad populum habuit R. P. M. Fr. Gabriel Huete. Qua finita, Missaque peracta, omnes recesserunt.

Sessio quinta

Actum quoad caeterorum priorum Castellae Novae electionem

Ipsa die, hora tertia post meridiem, ad nolae sonitum, R. A. deffinitorium cum aaliis fratribus ad ecclesiam perrexit, ubi P. Fr. Mathias Revollo publicas theses de ordine et dignitate episcoporum defensavit, sub praesidio R. P. M.

Fr. Francisci García Cañivano, in Academia Salmanticensi artium professoris, qui acutissime argumentis satisfacit. Quibus finitis, hora quinta, ad triplicem nolae ictum, omnes gremiales definitorii ad aulam pro ipso destinata deveniunt, ubi solemnitate solita ad electionem caeterorum priorum pro Nova Castella se accinxere; pro quibus a R. A. P. Praeside sequentes propositi fuere: pro conventu Requenensi RR. PP. MM. Fr. Joannes Mota, Fr. Vincentius Caballero et Fr. Jacobus Montes; pro conventu Complutensi RR. PP. MM. Fr. Michael Acero, Fr. Didacus Cano et Fr. Joannes Mota; pro conventu Valli-olivarium RR. PP. Fr. Elias Rincón, Fr. Petrus Navarro et Fr. Franciscus Iglesias; pro conventu Albercae RR. PP. Fr. Thomas Ximénez, Fr. Petrus Vallodolid et Fr. Franciscus Iglesias.

Servatis omnibus pro hac electione quam supra in electionibus definitorum fuerunt observata, et a secretario etiam pro quolibet priore eligendo admoniti, recensiti undecim vocales in quarta sessione ad electionem priorum conventus Requenensis in schedulis praeparatis nomen futuri prioris exarando devenere. Schedulis igitur in urna positus, eisdem ceremoniis quibus // f. 6v // supra, posteaque ab illa extractis, a scrutatoribus lectis et ab uno eorum publicatis (erant iidem qui in anteriori sessione) repertum fuit R. P. M. Fr. Vincentium Caballero in priorem conventus Requenensis octo habuisse suffragia, et R. P. M. Fr. Joannes Mota tria; pro conventu Complutensi R. P. M. Fr. Michael Acero decem, et R. P. M. Fr. Didacum Cano unum; pro conventu Vallis-olivarium R. P. Fr. Elias Rincón novem suffragia habuit, R. P. Fr. Franciscus Cid unum, et R. P. Fr. Joannes Cuevas unum; pro conventu Albercae R. P. Fr. Thomas Ximénez habuit septem suffragia, R. P. Fr. Franciscus Iglesias duo, R. P. Fr. Emmanuel Aguilera unum, R. P. Fr. Franciscus Rincón unum. Unde octo suffragiis electus fuit R. P. M. Fr. Vincentius Caballero pro prioratu conventus Requenensis; pro conventu Complutensi decem suffragiis fuit electus prior R. P. M. Fr. Michael Acero; pro conventu Vallis-olivarium fuit electus prior [novem suffragiis] R. P. Fr. Elias Rincón, et pro conventu Albercae electus fuit septem suffragiis R. P. Fr. Thomas Ximénez. Praedictis ergo electionibus publicatis a secretario divisive et secundum ordinem electionum, et de uniuscuiusque divisive etiam valore a R. A. P. Praeside ter de iure gremialibus interrogatis, cum omnes ut ritam et canonicam quamlibet electionem habere dixissent, R. A. P. M. Praeses unumquemque electum, ut priorem sui respectivi conventus et adprobavit et publicavit forma solita supra singulos ex electis. Et sic sessio haec fuit terminata.

Sessio sexta

Actum quoad electionem priorum Veteris Castellae

Feria autem secunda, quae est quarta mensis Junii, hora octava ante meridiem, omnes vocales more solito ad aulam pro definitorio destinata processere; caeterisque ut supra peractis, A. R. P. M. Praesessequentes pro prioribus Castellae Veteris proposuit: pro conventu Salmanticae RR. PP. MM. Fr. Franciscum Pérez, Fr. Bernardum Zamora et Fr. Paulum Colmenero; pro conventu Abulensi RR. PP. MM. Fr. Joannem Baptistam González, Fr. Petrum Aré-

valo et Fr. Josephum Alvariño; pro conventu Segoviensi MM. Fr. Jualanum Martínez, Fr. Emmanuelem Fernández et Fr. Emmanuelem Serrano; pro conventu Metinensi MM. Fr. Paulum Colmenero, Fr. Joannem López del Pozo et Fr. Emmanuelem Fernández; pro conventu Sancti Pauli PP. Fr. Joannem Calvo, Fr. Gabrielem Nogales et Fr. Josephum Hernández; pro conventu Vallium M. Fr. Stephanum Vargas, Fr. Augustinum Vidal et Fr. Josephum Rodríguez; pro conventu Valderensi M. Fr. Hieronymum Galán, Fr. Barnabam García et Fr. Emmanuelem Petite; pro conventu Vallis-oletano MM. Fr. Ferdinandum Alvarez, Fr. Franciscum Ossorio et Fr. Emmauelem Serrano.

Servatis omnibus pro hac electione quae supra in electionibus antecedentibus, repertum fuit M. Fr. Franciscum Pérez novem habuisse suffragia pro prioratu conventus Salmanticae, M. Fr. Bernardum Zamora unum, lectorem Mihaelem Ronda unum; pro conventu Abulensi M. Fr. Joannem Baptistam González habuit unum, M. Fr. Petrus Arévalo unum, M. Fr. Antonius Recamán unum, M. Fr. Josephum Alvariño octo; pro conventu Segoviensi M. Fr. Julianus Martínez novem habuit, M. Fr. Emmanuel Serrano unum, M. Fr. Emmanuel Fernández unum; pro conventu Metinensi M. Fr. Paulus Colmenero septem, M. Fr. Joannes del Pozo duo, M. Fr. Emmanuel Fernández unum, M. Fr. Antonius Recamán unum; pro conventu Sancti Pauli RR. PP. Fr. Joannes Calvo octo, Fr. Joseph Hernández unum, Fr. Franciscus Fernández (?) unum, Fr. Bartholomeus Revilla (?) unum; pro conventu Vallium M. Fr. Stephanus Vargas decem, Fr. Mathias del Carpio unum; pro conventu Valderensi M. Fr. Hieronimus Galán novem, Fr. Ludovicus Gómez unum, Fr. Franciscus Ossorio unum; pro conventu Vallis-oletano M. Fr. Ferdinandus Alvarez tria, M. Fr. Franciscus Ossorio septem, et M. Fr. Petrus Arévalo unum. Unde novem suffragiis electus fuit prior Salmanticae P. M. Fr. Franciscus Pérez; pro conventu Abulensi octo suffragiis fuit electus P. M. Fr. Joseph Alvariño; pro conventu Segoviensi novem suffragiis fuit electus M. Fr. Julianus Martínez; pro conventu Metinensi septem suffragiis fuit electus M. Fr. Paulus Colmenero; pro conventu Sancti Pauli octo suffragiis fuit electus R. P. Fr. Joannes Calvo; pro conventu Vallium decem suffragiis fuit electus M. Fr. Stephanus Vargas; pro conventu Valderensi novem suffragiis fuit electus M. Fr. Hieronimus Galán, et pro conventu Vallis-oletano septem suffragiis fuit electus M. Fr. Franciscus Ossorio. Praedictis electionibus publicatis a secretario divisive et secundum ordinem electionum et conventuum, et de uniuscuiusque valore divisive a R. A. P. M. Praeside ter de iure gremialibus interrogatis, cum omnes ut ritam et canonicam quamlibet electionem habere dixissent, R. A. P. M. Praeses unumquemque electum ut priorem sui respective conventus et adprobavit et publicavit forma solita supra singulos ex electis. Sicque terminata fuit haec sessio.

// f. 7r // Sessio septima

Actum quoad electionem subpriorum utriusque Castellae

Ipsa die, hora quinta post meridiem, more solito omnes gremiales ad aulam pro definitorio destinata devenerunt, et actis de iure, ad electionem subpriorum se accinxere; pro quibus a R. A. P. M. Praeside propositi fuere

sequentes: pro Castella Nova: pro conventu Matritensi R. P. Fr. Antonius Pérez, Fr. Ildephonsus Palomo et Fr. Emmanuel Aguilera; pro conventu Toletano R. P. Fr. Martinus Escovedo, Fr. Joannes Muñoz et Fr. Didacus Ruiz; pro conventu Complutensi Praedicator Fr. Emmanuel Rodrigo, Fr. Antonius Plaza et Fr. Michael Huerta; pro Requenensi PP. Fr. Franciscus Sánchez, Fr. Emmanuel Montes et Fr. Didacus Garrido; pro Vallis-olivarum Praedicatores Fr. Bartholomaeus Rodríguez, Fr. Joseph Carvajal et Fr. Petrus Moragón; pro Albercae PP. Fr. Joseph Petiego, Fr. Petrus Valladolid et Fr. Stephanus Inquierdo. Pro Castella Veteri sequentes fuerunt propositi: pro conventu Vallis-oletano Praedicatores Fr. Laurentius Segovia, Fr. Bernabas Millán et Fr. Bartholomeus Revilla; pro conventu Valderensi PP. Fr. Carolus de la Peña, Fr. Ludovicus Gómez et Fr. Franciscus Fit; pro Segoviensi PP. Fr. Franciscus Zambranos, Fr. Balthasar Nicolás et Fr. Silvester de San Elesván; pro Vallium PP. Fr. Bernardinus Rivera, Fr. Mathias del Carpio et Fr. Antonius Cerca; pro Metinensi PP. Fr. Emmanuel de la Fuente, Fr. Franciscus Roxo et Fr. Cayetanus Sánchez; pro conventu Sancti Pauli Fr. Joannes Núñez, Fr. Gregorius Rivera et Fr. Michael Juárez; pro Salmanticensi PP. Fr. Matheus Gómez, Fr. Franciscus Huete et Fr. Petrus Pérez; pro Abulensi PP. Fr. Emmanuel Petite, Fr. Joseph Sylva et Fr. Franciscus Calvo;

Servatisque omnibus pro hac electione ut supra pro actum est, repertum fuit Praedictorem Fr. Ambrosium Pérez novem habuisse suffragia pro subprioratu conventus Matritensis, Praedictorem Fr. Petrum Campillo duo; pro Toletano P. Fr. Didacus Ruiz habuit octo suffragia, Praedicator Fr. Martinus Escovedo unum, Praedicator Emmanuel Montes duo; pro Complutensi P. Fr. Michael Huerta octo, Praedicator Fr. Emmanuel Rodrigo duo et Fr. Antonius Martínez unum; pro Requenensi Praedicator Fr. Franciscus Xavier Sánchez octo, Fr. Emmanuel Montes unum et Fr. Julianus Fuentes duo; pro Vallisolivarium Praedicator Joseph Carvajal novem, Praedicator Henricus Serrano duo; pro Albercae P. Fr. Stephanus Izquierdo octo, Fr. Petrus Valladolid unum, Fr. Franciscus Espinac unum, Fr. Franciscus Rincón unum. De pertinentibus ad Castellam Veterem: pro Vallisoletano Fr. Laurentius Segovia decem, Fr. Joannes Arroyo unum; pro Valderensi Fr. Carolus de la Peña decem, Fr. Augustinus Vidalis unum; pro Segoviensi Fr. Franciscus Zambranos novem, Fr. Silvester a S. Elesván [*in ms.* Esleván] unum, Fr. Petrus Pérez unum; pro Vallium Fr. Bernardinus Rivera novem, Fr. Joachim Finistrosa unum, alterum pro hoc conventu nullum; pro Metinensi Fr. Emmanuel de la Fuente novem, Fr. Franciscus Roxo unum, Fr. Antonius Sánchez unum; pro Sancti Pauli Fr. Joannes Núñez novem, Fr. Emmanuel Petite unum, Fr. Vincentius Rodríguez unum; pro Salmanticensi Fr. Matheus Gómez novem, Fr. Franciscus Huete unum, et Fr. Laurentius a Sancto Joseph unum; pro Abulensi Fr. Emmanuel Petite decem, Fr. Michael Juárez unum. Unde ex attinentibus ad Novam Castellam, novem suffragiis fuit electus in subpriorem conventus Matritensis R. P. Fr. Ambrosius Pérez; pro Toletano octo suffragiis Fr. Didacus Ruiz; pro Complutensi octo Fr. Michael Huerta; pro Requenensi octo Fr. Franciscus Xavier Sánchez; pro Vallis-olivarum novem Fr. Joseph Carvajal; // f. 7v // pro Albercae

octo Fr. Stephanus Izquierdo. Pro Castella Veteri: pro conventu Vallisoletano decem suffragiis electus fuit in subpriorem Fr. Laurentius Segovia; pro Valderensi decem Fr. Carolus [de la] Peña; pro Segoviensi novem Fr. Franciscus Zambranos; pro Vallium novem Fr. Bernardinus Rivera; pro Metinensi novem Fr. Emmanuel de la Fuente; pro Sancti Pauli novem Fr. Joannes Núñez; pro Salmanticensi novem Fr. Matheus Gómez; pro Abulensi decem fuit electus Fr. Emmanuel Petite. Istorum denique utriusque Castellae unisquisque sic electus ab omnibus vocalibus fuit admissus, et a R. A. P. M. Praeside publicatus. Sic haec sessio fuit terminata.

Sessio octava

Die quinta mensis Junii, hora octava ante meridiem, ad locum deputatum omnes gremiales deffinitorii convenere, et solitis ceremoniis ad audiendas petitiones ex iustitia et gratia se paravere. Primo enim, cum in sessione sexta, quae fuit de electione priorum Veteris Castellae, electus fuisset prior conventus Salmanticensis R. P. Fr. Franciscus Pérez, qui enixe et iustis de causis A. R. diffinitorio postea supplicavit ut eum a tali officio et prioratu absolveret, simulque dictae supplicationi benigne annuisset, autoritate qua fungitur ad alterius electionem in priorem dicti conventus Salmanticae morer solito processit. Pro hac enim R. A. P. M. Praeses tres, ut antea, proposuit magistros, scilicet, Fr. Martinum de los Ojos, Fr. Antonium Recamán et Fr. Petrus Arévalo. Extractis, lectisque schedulis more solito, M. Fr. Martinus de los Ojos habuit octo suffragia, M. Fr. Petrus Arévalo unum, M. Fr. Bartholomeus Negrilla unum et M. Fr. Emmanuel Cantero unum. Quibus perpensis, R. P. M. Fr. Martinus de los Ojos fuit electus octo suffragiis, ab omnibus vocalibus admissus et a R. A. P. M. Praeside publicatus.

Hoc igitur peracto, a secretario fuerunt praesentati et lecti supplices libelli, adiunctis testimoniis necessariis, in quibus continebantur supplicationes nonnullorum patrum utriusque Castellae. Quorum unum fuit P. Fr. Ignatii de Pardo supplicantis quod litterae patentes sibi a R.mo P. Generali concessae et in capitulo altero Abulensi, anno 1773 celebrato, admissae, praeside ipso R.mo, quibus constitutus fuit procurator, non solum conventus Matritensis, sed et aliarum provinciarum Hispaniae, corroborarentur et ad effectum preducantur. Cui supplicationi benigne annuit R. A. deffinitorium. Caeteris autem nullum alium responsum dedit nisi quod serventur leges et decreta generalia, et ad prudentiam et caritatem RR. PP. Priorum recurrant. Sola excepta quaerela R. P. M. Fr. Joannis del Pozo contra dicta in capitulo a R. P. M. Fr. Bernardo Regidor, quae in totum remittitur ad iudicium et facultatem Nostri R.mi Patris Praesidis.

// f. 8r // Actum pro bono regimine Provinciae

R. A. deffinitorium stricte praecepit quod omnes patres Deo sacrificia offerant non alio in loco quam in ecclesia, oratorio sacristiae, aut in publicis capellis, praeter infirmos, qui in altari pro ipsis destinato ea offerre queant.

Si quis ex eis aliquo potiaturo privilegio aut facultate notum faciat superiori competenti. Insuper, quod omnes Missae adnotentur in libro in sacristia ad hunc finem destinato; sed in conventu Matritensi stricte observetur quidquid a Nostro R.mo Patre Commissario Generali fuit statutum. In caeteris vero conventibus, quod a R. A. P. M. exprovinciali Fr. Joseph López Gil fuit ordinatum. Quod quidem praecipitur prioribus sub poena privationis officii et rebellionum.

Praeterea, ut litterae citatoriae pro celebrando hoc capitulo adamussim compleantur, R. A. deffinitorium de studiis et studentibus pertractavit. Perpensis igitur omnium vocalium iudiciis, sancitum est quod RR. Adm. PP. MM. Fr. Augustinus de Torres, Fr. Josephus López Gil, Fr. Franciscus Pérez, Fr. Michael Acero et Fr. Franciscus Salinero sedulo considerent quidquid hac supra re valde opportunum sit et necessarium; et quod de suo iudicio curent quam primum certiores facere R.mum Patrem Praesidem, ut de meliori utiliorique methodo provideat. Pro denique debita applicatione et profectu studentium R. A. deffinitorium decrevit, ut lectiones, conferentiae et alia similia exercitia, simulque tempus et horae, quae in ipsis impendi debeant, omnino a RR. PP. Regentibus pendeant, quibus, si opus fuerit, auxilium praestabunt RR. PP. Priores.

Ultimo R. A., deffinitorium attente considerans bona conventus Matritensis, imo et totius Provinciae, multum dependere a custodia archivii generalis in ipso conventu repositi, nominavit et instituit, secundum constitutiones decretaque generalia, custodem dicti archivii R. P. Fr. Emmanuelem López, cuius cura praecipua erit scripturas ibidem repositas percurrere, aliaque documenta attente et minutim perlegere, ut de his omnibus, prout tempus et necessitas postulaverit, possit reddere claram, promptamque rationem.

Sessio ultima

Actum quoad rationem expensarum et receptorum pro sumptibus capituli

Vespere autem eiusdem diei, ad cameram deffinitorii accesserunt gremiales, ubi expensis et receptis in hoc capitulo iam a duobus deffinitoribus a R.mo Praeside deputatis visis et collatis, repertum est expensa huius capituli fuisse decem et novem millia, [...] ingenta [...] et unum regalia, monetae currentis (vulgo *de vellón*), octo [...] et [...]ingenta eiusdem monetae fuisse recepta;⁹ factaque collatione nu[mer]i ad nu- // f. 8v // merum, inventum est summam expensarum supra receptorum summam coluisse ad numerum decem millium nongentorum viginti et unum regalium eiusdem monetae. His igitur peractis, R. A. P. M. Praeses gremialibus absolutionem (pro omnibus capitulis et congregationibus propriam) impertivit, eisque gratias quam plurimas referendo pro capitulo tanta omnium pace et concordia celebrato, ipsisque benedictionem, prosperum iter ac valeat praecorditer elargiendo. Sicque

⁹ Las lagunas que indicamos se deben a rotura del papel.

huiusmodi sessio fuit terminata, impositusque fuit finis capitulo in hoc conventu Abulensi, die sexta mensis Junii anni Domini millesimi septingentesimi octogessimi primi.

[*Siguen las firmas autógrafas:*] Fr. Joannes Gil, Commissarius Generalis Hispaniae, Praeses capituli.- Fr. Joseph Flores, Provincialis electus.- Fr. Joseph Calvo, deffinitor primus [in ms. primerus].- Fr. Franciscus Salinero, definitor secundus.- Fr. Manuel Polo, defi[ni]tor tertius.- Fr. Thomas de Sancta Theresia, difinitor quartus.- Fr. Eugenius Jordán, socius et secretarius.- Fr. Emmanuel López, socius et secretarius Provinciae.- Fr. Augustinus Torres, exprovincialis.- Magister Fr. Michael Acero, secretarius capituli. (*Hay un sello*).

[Confirmación]¹⁰

Dominico die 5 Augusti 1781, examinatis Actis Capituli Provincialis Provinciae Castellae (habiti vigilia Pentecostes in conventu Abulae), Consilium vidit R. A. P. Joannem Gil nullas habuisse litteras patentes legendas, quibus constituebatur Praeses Capituli, sed tantum litteras testimoniales, quibus constituebatur Commissarius Generalis pro exacta observantia decretorum, quae proinde nullum ius illi conferebant ad Praesidis munus agendum in capitulo. Consequenter Consilium Ordinis declaravit nullas et irritas omnes electiones dicti Capituli defectu legitimi Praesidis. Et tamen pro bono pacis a R.mo P. Generali sanandas esse illas electiones, nullamque fieri debere mentionem talis defectus in litteris patentibus approbationis Capituli.

Secundo declaravit nullam esse oppositionem factam a R. A. P. M. Bernardo Regidor, quia per decreta R.mi P. Ximénez excluduntur tantum discreti conventuum, ut ipse declaravit tum suis litteris, tum sua agendi ratione, admittendo tamquam legitimos vocales quatuor illos socios Capituli Generalis, quando ipse praeses fuit alterius capituli Castellae.

Notandum R. A. P. Joannem seipsum excusasse circa omissionis lectionis litterarum quibus constituebatur praeses: 1°. quia notas eas fecerat toti Provinciae R. A. P. Provincialis quando missit encyclicam qua capitulum procrastinabatur usque ad Pentecostem; 2°. pro bono pacis omissit talem lectionem, quia R. A. Exprovinciales et ipse P. Magister Regidor nolebant admittere socium designatum in litteris patentibus dicentes privilegium esse Praesidis eligere dictum socium sibi bene visum.

PABLO MARIA GARRIDO, O.CARM.

*Institutum Carmelitanum
Pintor Ribera, 9
Madrid*

¹⁰ Roma, Arch. Gen. O.Carm., II C. O. 2 (2): *Reg. decisioinum V.C.O. 1704-1856*, ff. 299v-300r.